

125. Est variu vitii dedita.

Senibus ordinarie familiaris est avaricia de qua, & tenacitas: ideo dicit Cicero: *Patet quidquam esse absurdum, quam quominus vis rescat, eo plus vitia querere*.

Ratio autem est frigidior sanguis, qui causat timorem, ideo semper timent senes, ne necessaria illis deficiant.

Senes sunt dediti loquacitati, ideo in usu habent preterita tempora laudare, presentia vituperare, sua facinora narrare, mores aliorum carpere, ideo etiam indignabundi, ad quavis levia delicta aliorum exardeſcunt. &c. D. 7. 3.

Putant preterita omnia fuisse meliora presentibus, ideo artifices antiquos plus laudant modernis: sed male, id quod docuit celeberrimus statuarius ille Bonarota: is consecit statuum insignem, & in suo prelio deſolam postmodum iterum effodit, ac publico populi conspectui exponit. Populus putans esse statuum ab antiquitate reliquum, & casu inventum, miris laudibus celebrabat artificium, idque supra omnia opera Bonarotæ tantidum extulit, donec iste ex signis manifestissimum esse artificium probavit. Nova non semper sunt viltiora pristinis &c. D. 7. 25.

Senex Monachus oblatam pecuniam non acceptat, dicens, septuaginta annis Deo servio & nihil mihi unquam defuit. Cur nunc defert extimeſcam? Sanch. 4. p. c. 5. f. 283.

Senes, ait Palatius, sunt importuni, morosi, rixosi. Dicunt, faciuntque inepte multa; ea de causa spernantur a multis. C. in Eccli. 8. v. 7.

PARS SECUNDA.

De Statibus Hominum Sacris.

STATUS AC OFFICIA HOMINUM IN GENERE.

126. Mirabiliter a Deo ordinantur in mundo.

Quam pulchra est Ecclesia in diversissima varietate statuum, tam mirabilis est Dei Providentia in dividenda hac, ac ordinanda varietate. Hunc in finem dat hominibus diversissimas inclinationes, quibus hunc ad istum, alium ad alium statum ducit, nullumque est officium tam arduum, aut contemptibile,

quod non ab aliquibus libenter assumatur &c. Hanc varietatem S. Paulus sepe descripsit sub allegoria humani corporis: *Si totum corpus oculum, ubi auditus &c.* B. Ser. 27. n. 6. 7. & seq.

Si queras, cur Dominus Deus varios status constituerit in Ecclesia? Responderet S. Thomas: 1. *Ad perfectionem Ecclesie*, sicut in calo tres sunt Hierarchia, & varii chori Angelorum. 2. *Ad necessitatem actionum*: si totum corpus oculum foret, ubi auditus? si omnes vellent esse religiosi, quis arma ferret? 3. *Ad pulchritudinem Ecclesie*, ad quam alludit David, ait Cassiodorus: *Adhuc Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdatur in Psal. 44.*

Varietas statuum est paradisi voluptatis Divinae, ait Cyrillus Hierosolymit. in quo crescunt flores electorum. Est cythara David bene consona, qua plerique diaboli. Est curus gloria Dei, quem trahunt aquila, id est Prelati: Bos, id est Religiosi, Homo id est Clerici, Leo id est status mundanus, ait Ludovicus de Ponte. B. Ser. 39. n. 6.

127. Nullus assumendus mere ob commodum temporale.

Sichem Princeps circumcidit se, & tamen iusto Dei iudicio post circumcisionem interfectus est: Quare? quia Iudaismum assumpsit tantum propter Dinam Jacobi filiam, ut hanc in uxorem haberet. S. Antonius Paduanus ait: *Quis, ut securius indulgeat voluptati, assumit laborem exterioris paupertatis.* B. Ser. 25. n. 30. & Ser. 39. §. 5.

Quamdiu Samion Dei vocantis dispositionem securus est, fuit invidus, vicir, stravitque Philistios, & leoens: cum autem vocem audit blanditencis Dalila, viribus, & oculis orbatus perit. Si homo certam vult facere suam predestinationem, & salutem, in eligendo statum solum Deum respiciat, ille dabit gratias proportionatas, quæ omnes difficultates occurrentes mitigant & dulcescere faciunt. E contra si se, non Deum, si commoditatem, non sanctitatem querat, millies impinger sine adiumento gratie, & de salute periclitabitur velut ille, qui navim negligit, & natando vult trajicere mare. Vide Titulum: *Vocatio Dei!* &c.

Deus conqueritur contra nomallos: *Declinaverunt, simul inutiles facti sunt.* De

Cassiodorus in Psal. 44.

Cyillus Hierosolymit. in Psal. 44.

Lud. de Ponte, 26. de vita, scilicet, 17. ca. 1. §. 1.

De quibus loquitur? de illis, qui a via Divinitus sibi præstituta declinantes pro suo libitu, & gustu scopum vitæ sibi præfigunt. Quid sit finem a Deo sibi præstitutum amittunt, & illum, quem sibi in honoribus, divitiis, & voluptatibus sæculi præſerunt, non assequuntur. *Simul inutiles sunt*; dum enim mille difficultates, & adversitates experiuntur, atque interna etiam animi consolatione destituuntur, nec sibi, nec aliis profunt: *Infructuosi sibi & alijs*, ait S. Bruno: *Immo molesti ac nocivi tam sibi quam alijs.* B. Ser. 39. n. 2.

Propheta Jonas a Deo ad convertendos Niniuitas vocatus, prædicationis difficultatem exhorruit, & averſa via in Tarsis navigare contendit: sed mare, ventos, nautas, cetum, omniaque alia sibi adversantia expertus, illuc, ait S. Gregorius, *gestante bellua pervenit, quo ire sponte contempsit.* C. in Jonæ 1. vers. 3.

128. Nullus assumendus sine aptitudine nature.

Aquila inter quatuor animalia volabat altior, leo autem & bos non aequali volatu sequebantur: Quare? quia ex natura inepti sunt ad volatum. B. Ser. 35. n. 33. Ser. 39. §. 3. 5.

Bene Sanctus Lucas de Petro ait, erat *Nesciens quid diceret*, quia cum tota vita nil didicet, nisi reſta texere, in monte Thabor vult fabram agere, & tabernacula ædificare. B. Ser. 39. n. 49.

Lapis, qui everit statuum Nabuchodonosoris in montem crevit, non vero ille, quo stratus est Goliath: Quare? quia primus ille iuxta naturam devolutus est, alter contra naturam & per violentum projectus est: quidquid contra naturam fit, nunquam in montem, hoc est ad perfectionem crescit. B. Ser. 85. n. 3.

In parabola, quam Jonathas Sichimitis proposuit, rhamnus electus est in regem arborum. Quid? rhamnus? qui suis hamis omnia retinet: qui suo igne reliquas arbores exurit? Campensis ait: *Va illis, quorum suffragio electionis sustolluntur indigni, eis sit, sicut in Libro Iudicum dicitur, ut ignis egrediatur de rhamno, & ligna sylvarum succendant.* B. Ser. 34. n. 37. 38. &c. Item Ser. 39. n. 23. 24. & seq.

Nauta & auriga commutarunt invicem sua officia: auriga vult navim ad cursum promovere calcaribus & scutia:

campensis, l. 2. n. 34.

nauta vult cursum equi ad secundum ventum remo dirigere, quid absurdum? si carbonarius vellet telas dealbare, & sullo carbonibus occupari, quid absurdum? Ita fit, cum inepti ad officia, quibus impares sunt, sese intrudent! &c.

129. Non sit turbatio, ut unus in alterius officium involvet.

In ossa arida intravit Spiritus Domini: sic in Ecclesiam intrat Spiritus Dei, inquit Berchtholus, *si quilibet efficitur contentus proprii gradus, & promotionis.* B. Ser. 39. n. 2.

Ridemus ad ineptas occupationes quorundam Regum & Principum: Abas Rex Persarum equos suos ipse ferreis soleis armabat, quos suos ipse ferreis instrumenta fabricata semper secum portabat. Atheas Scytharum Rex suum ipse equum pectebat, fricabat, insternebat, cumque a Legatis Macedonibus in stabulo hæc agram predeprehenſus esset, rogavit, num etiam Philippus Rex Macedonia injuriam di exceret? *VV. art. disc. Pont. 27. Ex. 1.* Quam autem absurdum est magnos Principes tam vili ac triviali labore occupari, tam est absurdum, unum in alterius officium involvere: v. g. si famulus vult imperitare, si tutor, aut factor vult Scripturam interpretari, si subditus præcepta Superiorum vult taxare &c.

Ecclesia Dei vocatur castrorum acies ordinata, hic ordo autem in accurata subordinatione consistit: si milites gregarij vellet imperitare, & Dux seu Polemarchus exercitus imperia capessere, esset turbatio seu confusio eedens in perniciem totius aciei. Parem in modum confusio est, si v. g. Ecclesiastici aut Religiosi vellet gubernare rempublicam, & Magistratus gubernare Ecclesiam vel Monasterium. Ludovicus XI. Rex Gallie Episcopum Episcopum Ebroicensem ad censendos milites Parisios vocaverat, id equitum Magister Chastanus agræ ferens, Regem rogavit licentiam reformandi Canonicos Ebroicenses, putans, idem iuris sibi competere in Clericis, quod competit Episcopo in milites! &c.

130. Eligendus est cum magna cautela in sedulitate.

Dominus de celo proſpexit, si est intelligens, aut requirens Deum. S. Augustinus ait: *Ad hoc debet homo esse intelligens,*

S. Aug. 15. de civ. Dei.

163. *Erin. in ut querat Deum. Et Lorinus: Intelligens est, qui verum probe tradandarum explorat. habet modum, atente, diligenter, & studiose interrogando. &c. B. Ser. 39. n. 20. 21. & seq. fufe.*

Non omnibus idem ciborum genus ardet, aliquibus acetum præ saccharo fit: ita non omnibus Christianis idem vite genus convenit. Paulus Eremita in solitudine ad magnam sanctitatem ascendit, forsân si evangelizasset, periisset: E contra Paulus Apóstolus inter Gentes magnus factus est Sanctus, forsân si in solitudine hæssisset, periisset: *Ve mihi, si non evangelizavero.* Non igitur metiendus est status absolute juxta majorem aut minorem sanctitatem secundum se, sed respective ad capacitatem, vocationem, & inclinationem gratiæ & nature; hinc molitionem nec Succuez: *Nullam rem esse diligentius considerandam, cum a statu electione sepe aut felicitas, aut miseria dependat æterna.* B. Ser. 39. §. 3.

Deus gratias suas alligat suis vocationi, nec tenetur gratiarum adjuvmenta dare homini illi, qui sibi ultro onus imposuit quod Deus nolit. Arma Regis Saul erant proflus insignia, & tamen David non poterat cum illis incidere; quia ex Dei destinatione, & docilitate natura aptior erat ad fundam & baculum pastoralem, quam ad ensam, & loriam. B. Ibidem.

131. *Quilibet ducit ad Deum.*

Palliores invenerunt Christum in præfatio, Reges in domo, Joseph & Maria in templo, Samaritana apud fontem, Magdalena in convivio. &c. Cælestis Solyman habet duodecim portas, ideo quilibet statui sua parte patet. B. Ser. 27. n. 8. S. fol. 458.

Nullus est status, in quo non aliqui salvati sunt. Ideo vana erit excusatio cum statu. B. Ser. 45. n. 27. 29. S. punct. 148. fol. 457. & seq.

Ficulnea fuscata est: Cur? an suam Rerilitatem non potuit excusare? non potuit; quia in eadem terra, ubi sita erat, circum circa vites fructificabant: Ita homo suum statum non potest ostendere, cum in omni statu fuerint sancti, & salvati. B. Ser. 45. num. 29. & S. punct. 59. fol. 211. 212. seq.

Olim in Judicio Nero confundetur cum S. Henrico, Pontifices cum S. Gregorio &c. M. conc. 6. aff. 2. n. 9.

Christus secum in montem duxit Pe-

*Succuez
li. A. Via
Pise
ser. 43.*

trum, Joannem, Jacobum: apparuerunt etiam ibi Moyses & Elias: ubi Landulphus Carthusianus advertit: *ad commendationem omnium statuum; nam per Petrum designantur conjugati, per Jacobum poenitentes, per Joannem Virgines, per Moysen prædici, per Eliam Theorici.* Joann. Deringer 2. post Epiphani.

Abbas Paphnuccius cupiens edoceri, quoque in meritis ascendisset, ab Angelo informatur, quod similis esset chozauz, feu symphoniaci seculari &c. E. Status n. 1.

Moyses paravit, se non posse regere totum populum, & tamen tantum habuit spiritum, ut dein Deus illum inter septuaginta rectores paratus sit. B. Ser. 59. n. 11. Cum S. Joannes Baptista predicabat poenitentiam, exierunt ad illum milites, cives, Sacerdotes, & alii, quærebantque: *Quid faciemus?* Et eni! Sanctus Præconemini dissuasit suum statum, sed omnibus singularia documenta dedit, & omnibus poenitentiam suavit. A. lect. 8. n. 1.

SACERDOTES.

132. *Si malo sine assumant sacerdotium, mala maxima causant.*

Unde tot scelera, unde tanta cædes inter oviculas Christi, ait Bernardus, nisi quia multi Sacerdotes, pauci Sacerdotes, multi nomine, pauci opere. Et postea: *Curritur passim ad sacros Ordines, & reverenda ipsi quoque Spiritibus Angelicis mysteria homines apprehendunt, sine reverentia, & consideratione.* O si manerent tales in statu laico, saltem haberent infernum mitiorem, ait Gregorius: *Quia si solus caderet, tolerabilior eum pena maneret.* B. Ser. 39. n. 31.

Difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio: ait S. Leo. D. 7. 32.

Flumina pluvialis aucta cum supra ripam exundant, fordes plurimas colligunt, & vicinis etiam arvis & pratis, non sine multorum luctu damnum inferunt: ita qui ex motivis finistris, & malis Sacerdotium assumunt, & sibi, & aliis nocent.

Finis assumendi Sacerdotii est Dei gloria & animarum salus! Ponamus, quod homo ineptus ex ambitione, ex avaritia, aut, ut dies sibi commodos procuraret ad Sacerdotium se intrudat, quid fiet? Sicut sub imperio Navarcho navigium perire, sub imperio Belliduce exercitum fundi, sub imperio gubernatore rempublicam

*Landul.
Plus Car.
Theodorum
in Vita
Christi.
2. p.*

*S. Bern.
de con.
ad Cliv.*

*S. Greg.
1. p. 88.
c. 2.*

*S. Leo
Ep. 8. ad
Ephros.
Afr.*

turbari necesse est, ita sub tali Sacerdote animas destruit, & perire certissimum est, damno tanto majore, quod irreparabile sit, & æternum! sique verificatur illud S. Gregorii: *A nemine majus præjudicium, do eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitate cernit.*

133. *Aut si assumant ex coactione parentum.*

Athenienses solebant variarum artium instrumenta infantibus suis proponere, & quæ libentissime tractabant, ad illam artem eos destinabant. Si hoc Gentiles, quanto magis Christiani parentes attendant ad inclinationem filiorum, nec cogant eos ad Sacerdotium cum multis scandalis. Sacrificium Abrahæ placuit Deo, non vero Jephthæ: Quare? quia primum ex Vocatione Dei factum est, alterum coacte. O parentes! devovetis filios Deo propter sustentationem, aut avaritiam, quid mirum, si mille scandala sequantur? &c. B. Ser. 39. n. 32. 33.

Cur multi nonnunquam in vita publica exorbitant, contra status sui decentiam & obligationem? quia non a Deo vocati, sed a parentibus & amicis intru-

*Mar. d.
Lond.
1698. 11.
8. lect. 4.*

*Cardin.
Mago 15.*

*S. Bern.
ep. 50. ad
Bulcon.*

134. *Superflua expendant in pauperes.*

Sanctus Bernardus contra avaros Sacerdotes detonat: *Quidquid præter necessa-*

rium vultum, & sospicem vestitum deultari retinens, tum non est, rapina est. Et alio in loco: *Clamant nudi, clamant famelicæ, conqueruntur, & dicunt nostrum est, quod effunditis, id nobis crudeliter subtrahitur, quod inanis expenditis &c.* B. Ser. 23. n. 36.

In consecratione unguentur manus Sacerdotis, ut liberalis sit. M. conc. 14. aff. 3. n. 5. præsertim in amicis pauperes liberalitatem exerceat. M. conc. 26. aff. 2. n. 5.

Res profusissima est pauperes deserere, & proventus Ecclesiasticos impendere in vanitates & pompas; Theophylactus Patriarcha Constantinopolitanus alebat duo millia equorum, quos non feno & avena, sed amygdalis, ficibus, vino, aliisque cupidis pascibat. Aliquando in Festo Cenæ Domini, cum adiret hinculum recens natum fuisse, abrupto Divino officio in stabulum festinavit, equestrem partum viturum & dein primum ad rem Divinam perendam rediit. Erat de cætero fecleratus, simoniacus, ac scandalosus. D. 5. 18.

Innocentius III. Pontifex ad diuturnum & terribile purgatorium condemnatur; quia proventus sacros in ædificia profusa impendit. D. 8. 7.

Dicunt multi: Non habeo superflua! Sed si coram Deo pendere vellent suum haurum in tupelectile, in vestimentis, in esu & potu, in excursionibus, in cambus, in equis, & aliis, certe possent sibi persuadere, hanc exactionem coram Deo sibi tam parum profuturam, quam Anna & Saphira coram Petro! &c.

Dicunt: relinquam pauperibus superflua per testamentum! Nempe dabis tunc, cum non amplius proderunt. Relinquere bona terrena pro Christo meritorium est, sed non relinquere!

135. *Quibus occupationibus dediti sunt.*

Sacerdos idem est, ac sacris datus, sacra dans, & sacra dicens, ideo dicitur secundum ordinem Melchisedech. Quare non secundum ordinem Aaron? Respondet, quia Aaron in variis locis invenitur, nunc in monte, nunc in valle, nunc apud aurum vituli &c. Melchisedech tantum ter reperitur in Scriptura: 1. Sacerdificans. 2. In Psalmo 109. qui pars est officii. 3. In Epistola Sancti Pauli, que doctrinalis est, ut indicetur Sacerdotem nullibi debere morari, nisi in Sacrificio, in Breviario, in Doctrina. B. Ser. 27. n. 13. 14.

Virga Aaronis, quæ floruit & illi Sacerdotium consignavit, fuit amygdalinæ: Quare ut indicetur, quomodo Sacerdotes constituti esse debeant: nam 1. debent esse vigilantes, amygdalus enim est symbolum vigilantie. 2. Debent esse activi, agiles, expediti in omni opere, & in profectu virtutum, nam virga amygdalina simul bacca, flores, & fructus producit. 3. Debent esse laboriosi, patientes, strenui, amygdalus enim cum prima inter arbores floreat, necesse est, ut prima frigora, pluvias, ventos, grandines excipiat, & superet. 4. Debent esse austeræ vitæ & mortificationi addicti, quia amygdala amara sunt. C. Num. 17. v. 8. Tales Sacerdotes fuerunt S. Nicolaus, S. Andreas, Cosmas, Cardinalis Julianus Cæsarianus, & alii. Ibidem.

Custodiant Iura Ecclesiæ & Sacerdotii sui; non otium, delicias, & dignitates quantant. Verum esse illud: Non alligabis os bovi: sed cuti bovi? trituranti, non petulenti. C. Num. 18. v. 5.

136. Et quibus virtutibus.

Sacerdotes comparantur Angelis 1. quia nuntii seu Legati sunt Dei ad homines. 2. Quia Deo ministrant. 3. Quia Deo semper adsunt, & intentam in eum mentem habent, orando, psallendo. 4. Quia Angelorum veritatem, castitatem, puritatem, virtutem & zelum imitari debent. 5. Quia consecratione majorem a Deo potestatem accipiunt, quam habent Angeli. 6. Quia sicut Angeli debent purgare, illuminare, & perficere, prout ait S. Basiliius: Angelorum perfectio est sanctificatio. 7. Quia in sanctitate, & sanctificatione debent perseverare; qui enim non perseveraverunt, sunt demones, C. in Malach. 2. v. 7.

S. Chrysolomus, ubi describit encomia 8. Chry. 2. Anab. 3. Anab.

Apostolorum, satis indicat munia Sacerdotum: Andiamus! Hi cum Verbi Dei essent Ministri, arretractarunt Incarnatum illum, qui ut Deus figuram non habet: fecuti sunt ambulantes eum, qui ubique præsens est: dissubuerunt eum illo, qui nullo loco circumferibitur: Ejus verba audierunt, qui verbo fecit omnia. Mundum ipsum lingua tamquam fagina concluderunt; & circulerunt suis curibus fines terrarum: Errores ut zizania eradicaerunt. Idola tamquam feras interfecerunt: Demones ut lupos fugarunt: Ecclesiam ut gregem quemdam collegerunt: Orthodo-

xos tanquam frumentum congregarunt. Hæreses ut paleas proegerunt. &c. &c. C. in Act. Apost. c. 1. v. 8.

Obligaciones, quæ in primitiva Ecclesia incumbant Diaconis, iam sine differentia incumbunt Sacerdotibus: Debebant circumspicere omnia, quæ in Ecclesia fiebant, eaque referre Episcopo, cuius anima & oculus erant. Debebant obire carceres. Confessores & Martyres animare, curare sacras reliquias, pauperum curam habere. &c. C. in Acta Ap. c. 6. v. 3.

137. Ex humilitate, non ambitione assumant Sacerdotium.

Diabolus Christum ad templum vocavit, & Christus Petrum: ille, ut Christum extollat super pinnaculum templi: ille ut Petrum fundamentum faciat. Ecce! diabolus vocat ambitionis, Christus humilitatis causa. Silveira ait: Si presumpsit supra ipsam (Ecclesiam) se extollere, omnium malorum occasio, & Janua erit. B. Serm. 39. n. 27.

Imperator Leo dicere solebat: Indignus est Sacerdotio, nisi fueris ordinatus invitatus. D. 10. 56.

S. Hieronymus narrat de Nepotiano, quanta cum tristitia, & reluctance factus fuerit Clericus; Fir Clericus, & per solitos gradus Presbyter ordinatur, Bone JESU, qui gemitus? qui exultatus? que fuga oculorum omnium? tunc primum, & solum avunculo iratus est, id est Heliodoro Episcopo, a quo ordinatus est. D. II. 30.

Sacerdotes sunt imitatores Christi, sicut ergo incarnatus Dei Filius, ut ait Rex cæli & terre, Deus Deorum & Dominus Dominantium, pauperem & humilem vitam elegit, in stabulo natus, in officina Nutritus delitescens, & tandem abiectione morte moriens; Item sicut filios Zebædi propter arrogantiam regni repulsi, & Apostolos de majoritate, & præcedentia contendentes confudit; ita Sacerdos, si JESUS Christi imitator esse voluerit, honores despiciere, & in dictis, factis, victu, vestitu aliisque humilitatem spirare debet, femper in animo recolens doctrinam illam Christi: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde! &c.

Quis credat Clericum ex humilitate, non ambitione venisse, qui superbe ornatus, ac cincinnatus incedit? cincinnati sunt cultus meretricius. C. Lev. 19. v. 27.

Silveira
Tom. 1. p.
23. 9. 21.
in 2. 2. 2. 2.

Leo Imp.
lex. 31.
in Cod. de
Epil. &
Cler.

138. Fugiant familiaritates hominum mundanorum.

Petrus se miscuit aule famulis, & cecidit: ait Paulus Granatensis: Si isidem velus latatur, & calcetur Petrus, quibus est infima plebs, quid expellet, nisi ut in infamia ruat peccata. B. Serm. 46. n. 9.

Itaque peregre voluit in Ægyptum, & Deus ipsi prohibuit: Cur? quia in monte consecratus erat Domino, ideo non decebat, ut Ægyptiis impiis immisceretur. M. conc. 29. aff. 2. n. 7.

S. Arsenius quondam urbis plateas obiens a lasciva æthiopissa turpiter sollicitabatur. Ille severa objurigatione reputabatur: at mulier reposuit: si Monachus es, quid facis inter sæculares? vade & mane in eremo tua. Hanc vocem Arsenius tanquam a Deo venientem veneratus est. Sanchez 5. p. c. 3. fol. 424.

Israhelice ex Ægypto educti, in deserto contra Moysen, imo contra Deum murmurare, & hoc crimine Divini supplicii reatum contrahere caperunt. Unde tam enormis ingratitude contra summum benefactorem? Nempe cum Israelitis multipliciter egressi sunt, qui illos sua impietate adeo perverterunt, ut ipsi Deo obloqui non erubuerint. M. conc. 5. §. 1. n. 5. Eundem in morem Sacerdotes, utut de mundo non sint, tamen ubi mundanis sese immiscunt, mundanum idioma, moreque addiscunt. In Islandia corvi sunt albi coloris, & tamen cum nigris crocant: ita etiam in initio Sacerdos albus fit, successive tamen nigrescere incipit. VV. arte disc. font. 48. Ex. 10. Inter pestiferos facile peccati contrahitur.

139. Veritati studeant, sine furo & timore.

Isaac ut olfecit vestium fragrantiam, statim credidit filium Esau adesse. Quare? S. Hieronymus ait: fuisse vestes Sacerdotales, igitur Isaac nihil suspensum erat de mendacio, inquiring male congruunt hæc verba, & mendacium. B. Serm. 46. n. 12.

Sacerdos in corde habeat caritatem, in ore veritatem, in manu libertatem. M. conc. 14. aff. 3. n. 5.

Aurithas Sacerdotalis exigit sinceritatem; hinc Sacerdos in cathedra, in sacro tribunali, in consorcio Nobilium, aut Principum, præsertim in re, de qua consultitur, a furo & blandimentis abstinere. Quia, ut ait S. Ambrosius: Nihil

8. Amb.
in epist.

in Sacerdote tam periculosum apud Deum, at Thee. nihil tam turpe apud homines, quam quod impensitat veritatem non libere pronuntiare.

Sunt nonnulli, præsertim qui favores, & quadras Nobilium affectant, qui interrogati, placere potius cupiunt, quam prodesse, adeoque non tam veritatem, quam blandimentis studentes, etiam illicita approbant, aut excusant: Nihil tam probrosum ordini Sacerdotum, ait S. Gregorius, quam rigorem mentis compatiendo scelerare, & cum personis supervenientibus animum mutare. Et S. Hieronymus: Sacerdotum est officium, de lege interrogatos respondere: sacerdotis enim est scire legem, & ad interrogationem respondere de lege.

8. Greg.
Homil. 6.
in Exch.

8. Hier.
in epist.

Nunquam autem minus horreat veritatem dicere, quam in Cathedra: Petrus noctu nihil piscium capis, sed de die. Duce opus est, absit tenebræ? B. Ser. 73. num. 1. 2. &c.

140. A Deo vocati sint, non favoribus intrusi.

Duo discipuli atrium Sacerdotis ingressi fuerunt, Joannes, & Petrus; Primus innocentem ibi conversatum est, alter turpiter cecidit: Quare? primus intravit cum JESU, alter introductus est ab ostiaria. B. Serm. 27. n. 30.

Merito Marchantius deplorat: Inde tot scandala, tot Apostasia, quia plures irrumpunt, non a Deo vocati, sed a parentibus intrusi. Etc. B. Serm. 35. n. 32.

March.
cathol.
cathol. 3.
lib. 3.

Sandtus Chrysostr. ait: Quis non vocatus ad aule Regis se propriis servitiis, ita ad Sacerdotium nemo accedat nisi vocatus &c. B. Serm. 39. n. 23. Item M. conc. 15. aff. 2. n. 4.

8. Chry.
in 1. serm.
129.

Quinam autem a Deo vocati non sint, declarent varie SS. Patres: 1. ait S. Iliodorus vocatos non esse, qui ipsimet sunt vitiiis dediti. 2. Ait S. Bernardus vocatos non esse indocitos; quia vitios non sunt ad docendum. 3. Ait S. Hieronymus vocatos non esse, qui pure ex lucri temporalis amore assumunt Sacerdotium, ita ut dein sub Christo paupere possideant, quæ sperare non poterat sub mundo divite. Quarto ait Menochius, vocatos non esse, qui potentum patrocinis, ac blanditiis intruduntur &c. D. 7. 32. Vide infra: Quæ nota boni Sacerdotis.

S. Gregorius per vocem calitus delapsam ad Episcopatum vocatur. S. Chrysolomus per SS. Petrum & Joannem, S. Severus per Spiritum Sanctum in forma volubæ in Episcopatum inauguratur.

S. Nicolaus ex revelatione electorum facta, dum primus ea die in Ecclesiam ingreditur, fit Episcopus. S. Ambrosius ab infante in Episcopatum promulgatur. S. Alexander ex carbonario ad Episcopatum evehitur. Petr. Sanchez 4 p. c. 2.

Episcopus post mortem in fumante lecto conficitur, cui Nepotes promoti, circum stantes, maledicebant: vicifim ille maledicebat nepotibus. E. Verbo Beneficium n. 7.

S. Atilianus Episcopatum Zamoræ reliquit amore solitudinis proiciens annulum in mare, promittensque se non reditum, nisi annulus redisset. Admonitum in somno reversus est, in via pernoctavit in paupere tugurio piscatoris: iste cum nihil haberet, quod hospiti apponeret, vadit piscatum ad mare, extrahit piscem, in quo claves inventæ sunt. Leucht. N. 5. Oñ.

141. Rei sunt peccatorum, quæ non impediunt.

Exod. 32. Moyses de monte descendens peccati a populo commissi rationem poposcit ab ^{Brisian.} Aaron. Cur? Brixianus respondet: Sacerdoti adscribitur peccatum populi, quod non omni conatu resistit. B. Serm. 34. num. 19. 20.

Superior, nimis lenis & indulgentiosus in correctione vitiorum, in morte vidit importunos exactores, qui rationem exigebant propter vitia subditorum non correctæ. E. Prælati n. 8.

Dum Moyses in monte orans brachia remittebat, vincebat hostis. Pari ratione, si Sacerdos remissus in oratione, aut distractus, aut negligens, & luridus, per hoc roborat hostem. B. Ser. 38. n. 23.

Quodsi Sacerdos ipse peccator sit, immentiam lætitiæ causat infernali inimico: Lucifer in convenculo demonum, satellites suos emissarios, ut in exiguum tempus grandia mala in mundo pertrahant, fustigari præcepit. Illum autem, qui quadraginta annis Monachum in luxuria tentatum tandem vicit, osculatus & remuneratus est. E. Demon. n. 7.

Navicula Apostolorum periclitabatur in mari. Quæ causa tempestatis? S. Ambrosius ait: Hec est causa periculi, erat ibi Simon Petrus, sed & erat pariter proditor Judas. Hujus perfidia omnium aliorum merita quantantur. Si regiones integræ affliguntur, ait S. Gregorius, cuius hoc

^{S. Greg.} nisi nostro Sacerdotum præcipue peccato agitur. ^{ap. Bern.} nisi cum ergo preces fidelium non exau-

diuntur, & alii in impatientias, blasphemias, & juramenta erumpunt, sacerdos peccaminosus in culpa est. B. Ser. 38. n. 24.

142. Decenter, non vane vestiti sunt.

David prælians Bellicæ arma non requirit; baculum pastoralem ut pastor accipit: Videant te pastoris habitu præliantem, ait Basilius Seleucienf. B. ferm. 46. n. 8.

Non est dubium, quod decentia vestium commendat dignitatem personarum; hinc in Concilio Gangrensi feruntur ille excommunicationis fulmine, qui Sacerdotes taxabant ob habitum vestis ferice, quæ Birrus vocabatur. Conformiter ad illud, quod Deus in veteri Lege præcepit, sacerdotum nimirum vestes esse debere elegantissimas in gloriam, & decorem. D. 2. 23.

Oportet Episcopum irreprensibilem esse, ornatum pudicum. Per vocem ornatum intelligitur decentia, non vanitas, ideo ait S. Hieronymus, vanum ornatum facerdoti turpiorem esse, quam fortidium, S. Augustinus etiam mediocri ornatu sibi nimis comptus esse videtur iniqui: Fa-

teor vobis de pretiosa veste crubescite, quia non decet hanc professionem, hoc membra, hoc canos. In Concilio Cartaginensi præscribitur: Clericus Professionem suam habitu & incessu probet, & ideo nec vestibus, nec calcamentis decorem querat. Idem habetur constitutum in aliis Conciliis. S. Hieronymus ait: Ornatus & ser-

des pari modo fugiendi sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet &c. Porro Sacerdotes etiam nutritione capillitii; item venatione interdiciuntur, additque S. Hieronymus notabile estatum: Nembrad ille gigas magnus in conspectu Dei venator fuit, & Esau venator erat, quantum peccator erat, & penitus non in Scripturis Sanctorum aliquem Venatorem, Piscatores invenimus sanctos. D. 11. 15.

Clericus forsitan laxius vestitus prohibuit consorti coronam Clericalem sibi fieri; oblitus imperii tonsor rase illum. Clericus vitæ ad mare, navigium incidit in piratas, vectores omnes occidit, & illi ob rasam coronam servatur. F. 152.

Quæso quid Clericus cum vestibus usque ad genua decurtatis, contra morem vestimenti talis ab antiquis Conciliis tam generalibus, quam particularibus adeo laudatis? Quid Clericus cum vestimentis verficoloribus, albo, cræuleo, flavo, rubro, aliisque, quasi vero pullatum a fœculis usitatum una cum statu nascerent. Quid

Quid Clericus cum capillamentis alienis, pure ex affectata venustate assumptis, quorum usus jam ita invaluit, ut Sacerdotes læculares jam a Magistellis Lutheranis quoad habitum externum vix discernantur. Quid Clericus cum appendicibus aureis, & argenteis, inter quas clavicula horologii portatilis ita inter crura emicare debet, ut videantur mundum & carnem publice proficere? An hæc vanitates conducunt ad sequelam Christi? an conveniunt Apostolorum sequacibus? an eorum sacra functiones & exhortationes ullam habere poterunt efficaciam? an mirum est, si eorum culpa rotus status vilipendatur, dicaturque cum risu, hos vanitatis aucupes aptiores esse comediciis, quam aris? Hi sunt speciosi effectus eorum, qui statum Clericalem non ad gloriam Dei, sed pure ad sustentationem temporalem, aut ex ambitione affectant! &c. Cincini sunt cultus meretricis. C. Lev. 19. v. 27.

Ministri Christi sunt, ait S. Bernardus, & servum Antichristo! Honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deserunt. C. in Ezech. c. 22. v. 27.

143. Non sunt in misericordes erga pauperes.

Sunt quidam, ait sanctus Basilius, qui in omnibus, in quibus sumptus non requirunt, omnem pietatem ostendunt, egentibus vero nec obolum præbent. S. punct. 82. fol. 267.

Ille juvenis Evangelicæ præcepta servabat, sed ubi audiit: Vende omnia, & da pauperibus tristis abiit, caput fricans; sic multi &c. hos gentilis mulier Sarepta in ruborem dabit, quæ extreme indigna, tamen largita est. S. punct. 82. f. 267. In consecratione unguntur manus Sacerdotis, ut liberalis sit. M. conc. 14. afs. 3. n. 5.

Sicut Principes in corpore morali Republicæ comparantur capiti & Superiores oculis; ita Sacerdotes sunt cor Republicæ; i. sicut cor est principium motus & directionis in homine, eo quod vitam quam recipit ab anima, per spiritus vitales in totum corpus diffundit: ita Sacerdos non tantum Spiritualia charismata, sed etiam temporalia adjumenta, quantum potest, in membra Christi diffundere debet. Quid fieret, si cor omnem sanguinem, quem recipit, sibi reservare, & nihil de eo membris communicare vellet? Languesceret totum corpus & ipsum cor demum periret. Ita Sacerdos in-

D. Claus Spicil. univ. p. 1. S

misericos & sibi & aliis nocet &c. C. 1. v. 6.

S. Bernardus ait: Conceditur, ut de luxuriis vivat, non autem ut de altariis luxuriis; & superbia: Quia quod præter necessarium visum, simpliciter vestium de altariis reines, tuum non est, rapina est sacrilegium est. C. in Ezech. 22. v. 27.

144. Tenentur mortificare suas passiones.

Moyse præcepit Levitis: Ponat virgulum super femur suum, & occidat unguisquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Ubi sanctus Ambrosius: Ille est verus Levita, Dei ultor, & vindex, qui carnem, & passionum, ac vitiorum corpus interimat, ut servet animam, & iam non sit caro peccati, sed Dei &c. S. punct. 112. fol. 339.

S. Apostolus Paulus de se ait: Castigo corpus meum, & in servitutum redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar. Finis Apostoli erat Gentes convertere, & ideo vastissimas regiones percurrere, atque ut hunc finem consequeretur, pugnavit contra corpus suum, illud male tractando; quis non oblupefecit? videtur suffecisse, si corpus suum adeo fatigari itineribus, & tamen addidit mortificationes, quia has ad obtinendum finem suum judicavit aptissimum medium. Addit: Ne forte reprobus efficiar. Quali negligere mortificationem illi alaturum sit damnationem: Quid faciet agnus ubi aries timet, & tremat, ait S. Augustinus. Quid tu facis? &c. Segna. Manna 10. Sept. n. 2.

Patriarcha Abraham, antequam a facerdote Melchisedech panem de sacrificio acciperet, debuit prius quatuor Reges vincere, qui sunt quatuor passiones. S. punct. 152. fol. 482. & C. Gen. f. 559.

Christus flagello percussit eementes in templo: cur non baculo? quia flagellum prius percussit percussorem, dein primum percussum. Ita sacerdos se prius, quam alios corrigat. B. ferm. 46. n. 9.

Qui comedebat agnum Paschalem, prius renes cingere, quam baculum paschalem arripere jubebantur. M. conc. 33. l. 1. n. 11.

145. Puritati conscientie studere debent.

Henricus III. Imperator cum aliquando sciret, facellum suum alicum peccato letali inquinatum, petiit ab eo, ut sacra faceret. Oblitit Sacellanus, ne

Piscen. 129. 18. S con.

conscientiam magis laderet, urgente Imperatore ab aula potius egredi, quam facta operari voluit. Quae res adeo placuit Imperatori, ut Episcopatum proxime vacanturum ei adiderit, & postea etiam contulerit. C. Lev. 22, v. 3.

Initiandi sacris lfidis per decem dies carnibus & vino abstinebant. Numa Pompilius pro frugibus sacrificaturus esu carniam & venere abstinit. Idem Aegyptii, Gymnosophista & alii. Quid nos facere debemus? C. Lev. I. v. 17, ad fin.

S. Greg. Taron. l. 3. lib. 1. tractat. 4. 9.

Pappolos Lingonum Episcopus, peccator iniquus & impurus, quondam B. Petricum sibi apparentem habuit, dicentemque: Quid tu Pappole meam sedem polluis? ce de loco! relinque sedem &c. his dictis virga illum in pectore percussit: tertia die Pappolos mortuus est. C. Lev. 22, v. 3.

Vitas Damian. in ep. ad Jul. l. 1. cap. 7. 3. Bib. Patr.

Beneviti Presbyter plus, qui saepe Angelos ad aram ministrantes habuit, in feditissimum peccatum lapsus est: dum in peccato Missam celebrat, Angelus adest, & purissimum liquorem super caput ejus effudit. Vidit hoc Princeps loci & examinans Presbyterum ita teruit, ut ille crimen luxuriae fateretur. C. Ibid.

Clericus impurus Romae justus a Sacris abstineret, & non abstinetis repentina morte obit. C. Ibid.

S. VVidepus Episc. apparet: S. Herluca ostendit illi Christum toto corpore vulneratum & sanguine perfusum, dixitque, illum tam crudeliter tractari a Richardo sacerdote indigne sacrificante. N. 8. April.

146. Habent grave iudicium ob SS. Mis-
se sacrificium.

S. Acepima summo senio, & appropinquante jam morte sacerdotium suscipit, ut fugiat gravem rationem dandam ob sacrificium. Venerabilis Ayila de sacerdote statim post primum sacrificium mortuo ajebat, quod nihilominus satis superque coram Deo iudice dandam rationem habiturus sit, quamvis unicum sacrificium legerit. D. 7. 32.

S. Augustinus ajebat, in nulla re puriore gravius offendisse Deum, quam suscipiendo Episcopatum, ut quem idoneus non sum. S. Ambrosius in zdes vocat suspectas mulierculas, ut pro impio haberetur, & ad sacerdotium non asumeret. S. Marcus digitum, S. Anthonius auticulam sibi praefecit, praefecturus etiam linguam, si molestus ad sacerdotium fuisset vocatus. S. Gregorius

in speluncam fugit, non exiturus ad Pontificatum, nisi a Deo ardente columna fuisset proditus. Nullius ad sacerdotium vocatus impetrat a Deo mortem. Sanch. 7. part. c. 2. f. 924.

S. Cajetanus quotannis redeunte anni-versaria die, qua sacerdotio fuit initiatus, amarissime lebebat. Casana rogatus ajebat: an non merito sciam, cum aliquibus ante annis eo superbia devenerim, ut sacerdotium suscipere ausus fuerim? N. 11. Aug.

In veteri Lege Sacerdotibus ad sacrificia accedentibus interdictum fuit vinum, quod inebriat, idque ad cavendam irreverentiam: quanto magis Sacerdos novae Legis sollicitus esse debet ad cavendas irreverentias in Sacrificio summae dignitatis? C. Lev. 10, v. 9.

Qui accesserit ad ea, quae consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Quanto magis interitum metueret, quod cum immunda conscientia accedunt ad Sacrificium novae Legis? Terribilia sunt huius delicti supplicia. C. Levit. 22, v. 3.

147. Sacerdos unicus malus facit, ut totus Ordo contemnatur.

S. Paulus monet Titum: In omnibus te ipsum prebe exemplum bonorum operum, ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis, Quare de nobis? Si Titus male agat, male diceret de Tito. Responder Ayllonius: Non de te solum, sed de omnibus doctrius Evangelice ministris. B. fern. 37, n. 33.

Verum pervera est hac populi persuasio, ex unius malicia totum Ordinem taxandi; quia possibile non esse videtur, ut in tanta multitudiue non sine aliqui mali. Ex octo personis a Deo in arcam Noe selectis Cham meritis est a patre maledicti; Ex duobus filiis Abraham Ismael erat secleratus: Ex Isaac duobus filiis Esau fuit reprobatus: Ex filiis Jacob novem fuerunt venditores sui fratris. In collegio Apostolorum unus erat Judas, in caelo inter Angelos erat Lucifer cum rebellibus. Et S. Augustinus ait, domum suam non esse puriorem quam collegium Apostolorum, & calum Angelorum &c. D. 12. 39.

Quin imo non tantum Ordo sacerdotialis propter vitia sacerdotis contemnitur, sed etiam ipsum Ministerium; hinc S. Paulus: Nemini dantes ullam offensionem. Quare? ut non vituperetur ministerium no-

l. 10. 13.

Aut. l. 10.

Tit. 2.

Ayllon.

2. Tim. 2.

2. Cor. 6.

1700;

strum; si enim sacerdos vitiosus sit, etiam ministerium vilipenditur, acque verbum Dei, & Sacramentorum administratio pro actionibus inanibus habentur. Si sacerdos impurus sit, non poterit praedicare castitatem: si avarus sit, non poterit commendare liberalitatem! Dicit populus: isti Pope multa dicunt & pauca faciunt! En! Ministerium contemnitur, si sacerdotis dent offensionem! Pavonem in teilo cauda explicata secedentem mirabantur anates, anseres, & gallinae. Verum cum his ancilla pabulum praebat, & pavo de techo devolans una cum aliis vorabat, contemptui habitus est.

148. Non immisceant se secularibus negotiis.

Moyse cum legatos in Chanaan misit, ex omnibus tribubus aliquos elegit, nisi ex tribu Levi: Quare? quia sacerdotes erant. Abulensis ait: Non debuit mitti explorator aliquis, quia non erat Levi ut tribus Israel, sed quaedam gens separata ad cultum Dei. B. Serm. 39, n. 39.

Peccaverunt sacerdotes, qui in domo Domini negotia secularia gerunt, & fructum pietatis, quem deberant ferre, supersele-rant. ait Ven. Beda in Breviar. fer. 3. post Dom. 3. Quadrag.

Deus per Jeremiam minatur: Ejiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis, & serventis ibi Deis alienis die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Maledictio hac est in quosdam, qui a Dei servitio recedunt, ut mundo serviant. S. punct. 110, fol. 327.

Jurant in Domino, & jurant in Mes-som. Hifunt, qui tam Deo, quam mundo serviant. S. punct. 134, fol. 422.

De S. Augustino legitur, quod negotia secularia per alios administrari permiserit, hic nunquam in manibus ejus claves, aut annuli sigillares sunt visi. D. 1. 86, ad fin.

Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ait S. Paulus. Alyconus nidum constituunt penes aquas, eumque tam dore claudunt, ut si forte crescerent aque, non penetrarent, relicto tantum desuper foramine, quo voleris in nidum descendere queat. Ita sacerdos inter mundi negotia vivat, ut illa non penetrent, solum versus calum cor apertum gerat. D. 6. 40, in fine.

S. Bernardus ait, nihil esse inconvenientius, quam si Sacerdos aut Episcopus temporalium curam gerat, famulos de delicate suspectos habeat, indignetur, si

liq uid frangatur, pedatur, & interius animas minus curet. Sineius Episcopus ajebat. Ego tanta dexteritatis non sum, ut possem temporalibus una cum spiritualibus invigilare simul &c. D. 7. 83.

S. Cyprianus graviter indignatus est, cum audivit, Geminium Faustinum Sacerdotem suum constitutum esse in tutorem, dicens, hoc esse contra statuta, quae dudum in Concilio Episcoporum decreta essent.

Israetiz in Aegypto cogitabant Deo sacrificia facere, Pharaos vitibus hanc cogitationem interturbare, occupavit eos laterum & aedificiorum labore. Ita demon facit, ut Sacerdotes a functionibus spiritualibus avocet, negotia secularia illis obrudat. &c. D. 12. 31.

S. Gregorius ait: sicut navigantes, quod diutius remigant, eo remotius a terra recedunt: ita quo plus homo secularibus negotiis se occupat, eo magis a calo recedit. Sanchez 5, p. c. 4, fol. 448.

S. Ludgerus ter in una hora ad Imperatorem vocatus, quia tunc recitatione Horarum Canoniarum occuparet, non comparuit, iniquens, non curanda esse Principum negotia, cum Deo penfandum est. E. Hore Can. n. 6.

Abbas Apollo rogatus a fratre, ut se in extrahendo bove in cenam prolapsod aduvarer, reposuit: cur fratrem unioem non in opem vocasti? inferente illo cum admiratione: utique frater nosster junior iam ante quindecim annos mortuus est? subivit Apollo: Et ego iam ante viginti annos mundo demortuus sum, propterea nolo manum admoveere ad rem profanam. E. Mars n. 7.

Christus non permittit Apostolo, quem vocabat, ut sepeliret Patrem; Quare? ne ille potest sepulchrum refectioni testamenti, & litibus heredum interesset, & sic seculari negotio implicaretur, ut vocationibus oblivifci inciperet. C. in Matth. 8, v. 22.

149. Fugiant vanitates, & nugar.

S. Bernardus ait: Inter seculares nugas sunt nugas, in ore Sacerdotis sunt blasphemiae: consecrasti os tuum Evangelio, talibus jam aperire illicitum, assuescere sacrilegium est. &c. D. 5. 66.

Agrippinus Philofohus, cum a quodam Flore interrogaretur, utrum sibi conveniret ad ludos publicos & spectacula ire, reposuit, iret: subinserente Flore car non & ille, nempe Agrippinus iust-

S. Cypri. Ep. 9. l. 10.

S. Berno. ad Eugen. 10, 2. de consil.

dem ludis interesse vellet? respondit: Tuum est ut sis filium sericum in panno serico, ego autem vellem esse filium aureum in panno hoc serico; propterea non mihi convenit agere, quæ plebs agit. Idem de Sacerdote dicendum venit: multi sunt in laico utunque laudabilia, in Sacerdote vituperabilia.

Themistocles in hostium castrorum cumulo vidit cadaver aureum torquem in collo gerens; mandavit ergo triviali militi, ut torquem ipse auferret, mihi enim, ajebat, dedecori foret facere tanquam duci, quæ gregarius miles sine dedecore facit. Ita res se habet de Sacerdote; hunc in sensum ait S. Gregorius: *Quod in laici culpa non est, hoc crimen est in sacro Ordine constitutum.* D. 7. 32.

S. Petrus Damiani Cardinalis graviter obijurat Archiepiscopum Florentinum, quod ludum latrunculorum exercuerit, indignum esse ratus, quod illos digitos, quos consociendo Sacramento adhibet, ad lusum usurperet, eique pro penitentia injunxit, ut ter Psalterium integrum David reciter, duodecim pauperum pedes abluat, eosque cibo & pecunia alar. &c. Quæso quid diceret hic Sanctus, si cereretur Sacerdos charitivolis, aleis, aliiisque ludis publice vacare? D. 8. 63.

Henricus Canonicus vitam libertiorem in mundo agens, dum Beatissimam Virginem salutavit, audit ab ea: *Quid me salutas homo perditus! nisi vitam emendaveris, cito peribis.* Ingressus est Ordinem Cisterciensem. N. 19. Dec.

150. *Illorum macule accuratius notantur a plebe, quam bona exempla.*

Moyse habebat mille splendores, & tamen populus tantum intendebat in æthiopicissimam uxorem. Lux non splendor, sed macula aspiciuntur. Horologium in monte, si vel semel errat, omnium oculos in se rapit. S. punct. 115. f. 351.

Apostoli quia manus non lavant, quia spicas exhortant, a Pharisæis notantur, propter miracula autem non laudantur. M. conc. 20. ass. 1. n. 11.

David præcidit oram chlamydis Saul sileter: ubi S. Gregorius: O quam in hoc similes David sunt illi, qui si venerint mittere manum in Christum Domini, libenter tamen oram chlamydis præcidunt, hoc est honoris vestem, si non lacerant, dimittunt &c. S. punct. 115. f. 351.

In nullo membro corporis nocentiores

sunt maculae, quam in oculis; quia faciunt hominem luscum, aut cæcum. Oculi autem comparantur Sacerdotibus. C. Prov. 6. v. 25.

Quid utilius in urbe, quam horologium publicum, quo omnes actiones civium diriguntur. Quod si horologium toto anno bene & optime horas signat, nemo est in urbe, qui illi laudes, aut gratas referat. Quodsi vel unica vice aberrat, murmur confluxit in tota civitate, nemo est, qui non carpat, & indignabundus damnet errorem. Sic Sacerdos, cum toto anno laudabiliter agit, nihil laudis refert. Cum unica vice extra orbitam cæspitet, hæc! criminationibus, & calumniis sine fine profunditur. &c.

151. *Illorum errores supprimi, non proplari debent.*

A Deo benedicuntur, qui Regem Saul sepelierunt: ubi Glossa: significatur illi, qui operiri student turpitudinem Superioris sui, non revelare, ut fecit Cham &c. S. punct. 115. fol. 357.

Oza, quia arcam erigere vult, punitur. Arca figura est Superioris &c. s. lib. fol. 352.

Constantinus Imperator ajebat, se paludamentum opteratum Sacerdotem male agentem. C. Gen. fol. 129. col. 2.

In Concilio Nicæno distidebant Episcopi, & unus alterius errores ac delicta ad Imperatorem Constantinum deferabant. Imperator autem delationes omnes, non lectas combussit, inquiens: Sacerdotes a solo Deo debere judicari. E. *Detrahitio* n. 3.

Vitulum pro peccato Pontificis sacrificatum iussit Deus esse extra castra in locum mundum, & ibi totum concremari, quo significatur, non licere peccata Sacerdotum in publicum proferre, neque in locum immundum, id est, in theatrorum conventicula, sed curandum, ut omnes eorum reliquæ caritatis igne consumantur, & perpetuo silentio contegantur. C. Lev. 4. v. 12.

In ultima cæca Apostoli identidem sciscitabantur: Domine, quis est qui te tradet? & tamen Christus Dominus non arete respondit, sed famæ proditoris quantum posuit, pepercit. Quare hoc & quæ Judas fuit Sacerdos, ejus errores & flagitium nolite proplare. &c.

152. *Jure gaudent immunitate orbem civilium.*

Tempore famis in Ægypto Sacerdotes gratis alebantur, nec tenebantur

possessiones suas vendere: quanto magis aqua est immunitas Sacerdotum Christi a vestigialibus, & aliis oneribus? C. Gen. 47. v. 22.

Magnes ferrum attrahit, non vero illud quod fuit adamante radum. Principes & Magistratus magnes sunt, omnia ad se attrahunt, caveant autem attrahere quod adamante, id est, SS. Ordinibus radum est.

In Veteri Lege Sacerdotibus pro sustentatione assignabantur 1. Victimæ Legales, & quidquid spontaneæ. 2. Primitiæ frugum, id est, spicarum, panum, & uvularum. 3. Decima, ad quas Judæi tenebantur jure Divino, & Christiani nunc tenentur ex jure Canonico. 4. Primogenita animalium, præter ea quæ offerebantur ex Voto, & ex his omnibus nulla fiebat detractio, stera, aut imminutio. C. in Num. 18. vers. 9. & seq.

Veterum lex erat, quod equi & stabulo regali, qui ad obsequium Principis destinati sunt, ad operas civium serviles adhiberi non debeant, &c. Joannes Pontifex ad Justinum Imp. Constantinopolim profectus, usus est equo, quem uxor Nobilis Corinthii illi commodavit. Et ecce! equus, uter fuerit antea animal mansuetissimum, postea nullum alterum seferentem amplius admisit. Indignum igitur est, ut Sacerdos, qui summo cæli terreeque Monarchæ servit, eumque quotidie in manibus tenet, ad opera servilia, exactionesque concurrat.

153. *Quanta sollicitudine teneantur Breviarium.*

Episcopus Coloniaensis S. Severinus, quia horas Canonicas ordinato tempore propter negotia non recitat, post mortem apparuit, & terribilibus poenis in purgatorio se puniri asserit. E. *Horæ Canon.* n. 1.

Joannes Sacerdos ob infirmitatem non nunquam Completorium in lecto recitare solebat: cum ergo enervamentum liberare vellet, hoc ipsi demon publice exprobravit. E. *Horæ Canon.* n. 2.

S. Ludgerus Clericum, qui sub recitatione Breviarium fumantes prunas removebat, severe increpavit, & aliquorum dierum penitentiam illi iniungit. E. *Horæ Canon.* n. 7.

Hugo Episcopus Lincolnienfis tam accurate statuto tempore recitabat horas, ut neque ob periculum prædonum in itinere illas disserere voluerit. Et ecce cæcariis, qui secum se agere putabant, a D. *Claus Spicil. univers.* Paris 1.

prædonibus capti sunt, ipse sine periculo silvam transiit. E. *Horæ Canon.* n. 8.

Cum duo fratres quadam nocte sedendo in lectis suis dicerent Matutinum, adfuit diabolus cum festore intolerabili dicens: Ad talem orationem tale debet incensum. E. *Oratio* n. 14.

Tribus horis orabant Judæi de die: Tertia, quia tunc data est Lex in Sina, & eadem hora orat Ecclesia, quia tunc datus est Spiritus Sanctus. Sexta, quia tunc creatus est serpens aeneus, & quia tunc Crucifixus est Christus. Nona, quia tunc petra dedicata in Cades, & quia Christi in cruce tunc perforatum latus aquam dedit & sanguinem. En! originem Horarum Canonicarum. &c. C. Dan. 6. v. 10.

S. Bernardus oraturus ad huc negotia dicere solebat: expectate sic cum Afino. S. punct. 7. fol. 41.

Vidit Sanctus Bernardus penes singulos Monachos stare in choro Angelos, qui notarium in morem singulas syllabas psallentium nunc auro, nunc argento, nunc aqua scribebant; 3. punct. 7. f. 42. & punct. 8. per totum.

Crucifixus indovete psallentes austeri facie ita terret, ut exanimis in terram cadant. S. punct. 132. fol. 415.

Cantantibus in choro Clericis quidam Vir sanctus ydid in eminenti loco demorem, qui eo cantu lacum fumum replevit. Finito ergo cantu, cum Clerici se rem suam optime egisse putarent, Vir ille sanctus reposuit: sed cantastis, sic diaboli lacum implestis. Ut quoties hodie id dici potest. E. *Verbo Cantus* n. 5.

Breviarium magna ex parte auctor est S. Ignatius Martyr; is enim aliquando rapit ad celum cum audivisset laudari tanto reciproco Angelorum, non inter eos eundem cantum influit. Sic a Græcis pervenit ad Latinos, & legitur, quod in Monasterio Fuldeni trecentis annis nunquam siluerit vox humana cum cantu reciproco. E. *Verbo Cantus* n. 7.

Religiosis indovete canentibus apparuit in choro diabolus clum clava ignea. Cum autem Religiosi resumpta devotione S. Augustinum invocarent, hostis sedem ligneam percussit, in eaque stigma igneum relinquens disparuit. E. *Verbo Cantus* n. 8.

154. *Cassi sint, & continentes.*

Patem sequimini, & sanctimoniam sine dieb. 18. Quia nemo quid Deum. Sanctus Chrysostomus & Hieronymus loco sanctimoniam

legunt castimoniam; quam castus igitur esse debet, qui quotidie videt Deum in Altari. S. punct. 116. fol. 355.

Mares tantum comedent &c. ubi Hefichius: Qui nihil femininum in cogitationibus, & operibus habent. S. Pun. 152. f. 482. Vide SACRIFICIUM MISSE.

S. Paulus Titum monet, in omnibus te ipsum prabe exemplum in integritate, in gravitate &c. Ubi alii legunt in castitate, & majestate, nam castitas majestatem conciliat presentem apud discipulos. S. punct. 116. fol. 355.

Ecce contra impudicitia denigrat: *Constristatus ingrediebar*, alii legunt: *denigratus*, quia ut ait Chrysofostomus non tantum eum ornabat purpura, quantum hujus peccati macula fœdabat. S. punct. 116. fol. 355.

Sancus Hieronymus impurum Sacerdotem alioquitur: Dic mihi quisquis es, qualiter his labiis Filium Dei oscularis quibus osculatus es labia meretricis? S. punct. 152. fol. 484.

Ante sacrificium extremitates digitorum abluntur, ut significetur, etiam leves notas abluere debere. M. conc. 40. aff. 3. n. 7.

Etiam in Veteri Lege Sacerdotes, quando per statas vias vacabant officio, continentur fœ a mulieribus: In Nova Lege omnes Apostoli erant castibes, & sic castitatus inter Sacerdotes ob altissimam muneris dignitatem propagatus fuit. D. 3. 26.

Viri fortes summo dedecori sibi æstimabant a femina occidi; an non ergo Sacerdoti summum probrum est a femina vinci? D. 8. 1.

Moyfes suam legationem coram Pharaone obituro remittit uxorem in Madian; quia non convenit huic muneri consortium muliebrem. C. Exod. 4. v. 27. Quid est Clericus ait Sacerdos, nisi Legatus hominis ad Deum; & vicissim Dei ad hominem? ergo fugere debet consortium muliebrem. S. Augustinus ne quidem forores & cognatas in domum admittit rationem addens; quia licet iste suspitionem movere non possint, tamen propter alias, qua in domum ad istas ventitantur, posse oriri scandalum. Hinc Concilium Carthaginense præcepit, ut Clerici feminas non accederent, nisi ad sint alii Clerici, vel graves aliqui Christiani. Sicur difficile est, ait S. Cyrianus, ut venenum quis bibat, & vivat; ita non ipsos fallimus, si credimus, inter feminas castitatem immobilem custodiri. De carbonibus scintille distillant, de ferro rubigo nutritur, morbos aspidem sibi

lant, & mulier fundit concupiscentiam, id est, prout loquitur Salomon, de muliere procedit iniquitas via; igitur sic ambulandum est Clericis, ut prout a feminis Ecclesie sanctitas, & morum gravitas conservetur. C. in Ep. ad Timoth. c. 3. v. 2.

Clerici etiam spirituales feminas fugere debent, id est, Agapetas, quæ quasi spirituales spiritualibus Viris, cohabitabant, amore castum foris præferentes, sed intus ardentes cupiditate luxurie. De his S. Hieronymus in illa verba Salomonis: Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ita loquitur: Unde in Ecclesiam Agapetarium pestis introiit? unde nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus? Plus inferam! unde meretricis eadem domo, uno cubiculo, & sæpe uno lectulo? &c. C. Prov. c. 6. v. 28.

155. Quam turpe sit, si dediti sint peccatis.

Lancea vocatur *dira*, quæ Christus fauciatu est: Quare? Drogo Officium ait, quia Christus vulneratus est ab illo milite, qui tunicam suam inconsultum sorte accepit. Tu Sacerdos tunicam Christi geris &c. B. Serm. 46. n. 11.

Si inimicus meus maledixisset mihi, hoc de Juda dictum etiam de Sacerdote intelligi potest. S. punct. 6. fol. 591.

Matthæus in Genealogia Christi etiam peccatores recenset, non vero Lucas: Quare? quia primus Genealogiam Christi ut Redemptoris, iste ut Sacerdotis enarrat: Sacerdos ab omni peccato procul sit. M. conc. 14. aff. 2. n. 4.

Christus Dominus Judæorum lapidare volentium manus effugit, & abscondit se: cur mori non voluit per lapides? Responder Salmeron: Quia lapides debebant in passione testari, & predicare ejus Divinitatem. Quam indignum ergo Christum mori per Sacerdotes, quos elegit ad testimonium suæ Passionis. Manlii Arr. Domin. Passion. v. 59.

Sacerdoti in Lege Veteri prohibuitur fuit Ne contaminetur in moribus civium suorum: Per mortes civium intelliguntur peccata; Sacerdos ergo cavere debebat, ne criminum civium suorum particeps efficiatur, & vitam popularem agat. C. Lev. 21. v. 4. Item Levit. 22. v. 3.

Deus olim prohibuit offerri animal immundum, ubi Abulenſis ait, hanc immunditatem non intelligi secundum speciem animalis, sed ex accidente v. g. si

Prov. 4. 1. Hier. Epist. ad Laodice.

Psalm. 59.

Salm. 117.

Levit. 11.

Gen. 15.

animal sit cæcum, claudum, morbidum, ut proinde Deo immolari non possit juxta Legem Levit. Si Deus despexit & rejectit animal defædulosum, quomodo sustinebit ad altare Sacerdotem vitiosum? avarum, impurum, bibulum? &c. C. Gen. 13. v. 12.

156. Sancti & inculpati esse debent.

Qui vicarii, faciam eum columnam in templo Dei mei. Sacerdos columna Ecclesie est, hic silabatur, laeditur adificium, sicut domus a Samone diruta. Columna quatuor habet proprietates: firma, alta, recta, pulchra. B. Serm. 79. n. 6.

Sacerdotes Veteris Testamenti Deus voluit esse Sanctos, quanto magis Novi? Idque 1. quia in terris sanctitatem referre præstant, ergo Dei sanctitatem Angelis, imo officio eos superant. 2. Quia comparantur Angelis, sanctificare debent, sal terræ, lux mundi. 3. Quia sunt mediatores munia sunt sanctissima; hinc Sancti ex humilitate fugerunt Sacerdotium. &c. C. Lev. 22. v. 32.

Adamus nobilissimus unicum miro splendore lucebat, cum autem venenum e vicino advertit, statim obnubilavit, & tenebescit. Quod Adamus est inter lapides, id Sacerdos est inter populum: si ergo venenum peccati advertit, statim contristari & fugere debet.

Omnis homo, qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Hanc legem tulit Deus, ne immundi ad res sacras, & sacrificiorum carnes comedendas accedant, ut significet, quam stricte exacturas esset puritatem animi in fumentibus SS. Eucharistiam. C. in Lev. 22. v. 3.

Sacerdos imitari debet Deum in suis attributis: nempe, debet esse immutabilis, alienus ab omni malo, Providus, Patiens, Justus, Rectus, nihil faciens ex privato amore vel odio, Liberalis, Placabilis, Benignus, Verax, Imperturbabilis, non querens commodum suum, & præcipue Sanctus. Quæ omnia explicantur. C. in Joel c. 2. v. 13.

157. Non sint ambitiosi.

Sanctus Ambrosius ait: sæpe quos vitia nulla delectant, quos nulla potest movere luxuria, nulla avaritia subverti, facit ambitio criminofos. S. punct. 20. f. 630. Ambicio a Perro Blesensi in Epistola ad Sacellanos aulicos regis Angliæ voca-

tur simia caritatis, sicut enim caritas patiens, benigna est &c. omnia suffert, omnia credit, omnia sperat &c. ita ambitio. S. Ib. fol. 630.

Christus vestibus quasi sacerdotibus induitur, & illuditur a Judæis: & hæc illufio renovatur quoties illi, qui præfunt in Ecclesia, honores querunt, vestium apparatus nient, dominatum sibi in Clero vindicant &c. S. punct. 22. fol. 642.

Heu, quanta mala consequuntur, & quanta bona negliguntur ex ambitione, quæ multi tanquam unico motivo ad statum sacerdotalem irrepunt. In Evangelio legitur, quod Christus, & diabolus suos sequaces ad Ecclesiam vocavit: Christus Petrum, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Diabolus conversim tentatum: Assumpsit eum diabolus, & statuit super pinnaculum templi. Sed diversifimo modo! Salvator vocat ad fundamentum, diabolus ad pinnaculum Ecclesie: primum ex humilitate, alterum ex superbia, ut clatum præcipit in profundum! ubi Silveira ait: Si præsumat supra Ecclesiam se extollere, omnium malorum occasio erit. Quanam sunt hæc mala? sunt arrogantia, jactantia, vanitas secularis, contemptus iustorum, simonia, otiositas, & alia plurima.

158. Quanta sit dignitas Sacerdotum.

Innocentius III. ait: Sacerdos est citra Deum, sed ultra hominem, minor Deo, sed major homine. M. conc. 14. in Exord. Postquam n. 2. Item C. Ita. 49. v. 23. Excedit regiam dignitatem; nam in firmamento Ecclesie sacerdotum dicitur luminare majus, Rex luminare minus. M. Ib. aff. 1. n. 5. Est Deus per gratiam, & quasi excedit ipsum Christum, M. Ibid. num. 9. 10. 11.

Sacerdotes sacrificio placant, Sacramentis justificant, baptismate lavant, chrismate roborant, oleo sanant, oratione sanctificant, precibus impetrant, verbo pacant, potestate solvant, & ligant, clavibus cælum aperunt, & claudunt &c. M. conc. 14. aff. 1. n. 8.

S. Hieronymus ait: Sacerdos Angelus 5. Hier. Dei verissime dicitur. M. conc. 14. in Ex. in Malac. n. 2. Sanctus Paulus ad Tharsenses scribit: Si Angelus de cælo descendit: cur dicit de cælo? Sanctus Chrysofostomus respondet: quia in terra Sacerdotes dicitur Angeli. M. conc. 14. aff. 1. n. 6.

Matth. 16.

Matth. 4.

Silo. 7. 1. 1. 3. c. 3. 9. 25. in Evang.

Innoc. III. serm. 2. in consecrat.

Postquam n. 2.

5. Hier. in Malac.

Angelus apparet Joanni noluit ab illo coli, quia confervus ejus erat, & quia Joannes Sacerdos erat. M. ib. n. 7.

Tribus magis in itinere stella, in reditu Angelus ministrat. Cur? quia illi interim obulerunt, & quasi Sacerdotes facti sunt. M. conc. 14. aff. 1. n. 8.

Angelus Custos clienti suo semper solabat precedere, verum cum eliens iste factus est Sacerdos, Angelus illi precedentiam dedit. D. 6. 14.

Theodosius Imperator post eadem Theofonica factam ab Ambrosio excommunicatus, & ab ingressu Ecclesie prohibitus, o quantam humilitatem ac reverentiam exhibuit erga sanctum Sacerdotem! certe talem, qualem nunc non exhiberet infimus rusticorum. D. 6. 95. Similiter Marcellus Papa Imperatorem Philippum, Agapitus Justinianum, Chrysofotomus Eudoxiam, Thomas Cantuariensis Regem Anglie, Sacerdos Ricarius Rogerium castigavit. Sanchez 6. par. c. 9. f. 821.

159. Pauci salvantur.

S. Chryf. hom. 2. in Acta.

S. Chrysofotomus ait: Non arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salvi fiant, sed multo plures, qui pereant &c. Quidam Dei famulus paucos Sacerdotes in purgatorio videt, causam querenti respondit Angelus, Sacerdotes pios facile ad celum tranfite sine purgatorio: impios autem plerumque damnari praesertim propter vitium carnis &c. B. ferm. 27. n. 23.

Peccata omissionis sunt valde numerosa in Sacerdotibus, ideo plurimi propter suam laxitatem, & negligentiam perennat. B. ferm. 47. n. 26.

Sacerdotum peccata plerumque in hoc mundo manent impunita, unde timendum ne poena differatur in alterum mundum. Unde Bernardus: Uterque cupit, uterque diligit mundum: laicus tamen cum labore, sed Clerici sine labore volunt possidere mundum: peccare volunt cum hominibus, sed non flagellari cum hominibus: unde timendum est, ne flagellentur cum demonibus &c. M. conc. 14. aff. 3. n. 8.

S. Bern. serm. ad Rabana.

Accedit, quod Sacerdotes, si pereant, longe terribiliori inferno, quam alii, & torquentur, prout in revelationibus ait S. Beatrix. D. 7. 32.

Decanus quidam post mortem apparet dixit amico: Ne mirare Clericos damnari, sed potius mirare unum salvari: quia vivunt in luxu, & sibi potius quam Ecclesie serviunt. E. Verbo Beati Petri n. 8.

Hinc certe Viri sancti viribus omnibus sese opposuerunt, ne Sacerdotio initiarentur. B. Ammonius a furenti populo ad Sacerdotium expetitum auriculum fidei abscidit. Cumque nihilominus Timotheo Patriarcha admittente, a populo ad obedientiam adstringeretur, publice, intrepide respondit: Si me ulterius cogitis, linguam meam, propter quam vobis placeo, propriis dentibus amputabo &c.

Par. 116. Ep. 121.

160. Svo exemplo edificent, aut destruant populum.

Fimbria vestis sacerdotalis debuit habere tintinnabula, ut audiant sonitu quando ingreditur, vel egreditur Sacerdos: ecce! omnia opera Sacerdotis faciunt sonitum in populo.

Laici funt quasi speculum, quidquid Sacerdos ante speculum stans agit, id amlatur imago in speculo: quomodo populus potest esse castus, si Sacerdos sit impurus, quomodo liberalis, si ille sit immisericosus, quomodo contemptor mundi, si ille luxum, & factum amat? &c. B. ferm. 34. §. 2. n. 16. 21. &c.

Cum sapient bi, qui regunt, illico sapient illi, qui reguntur, ait Cyrillus. B. ferm. 64. n. 22.

Sacerdotes comparantur sali, sicut enim iumenta, dum petram salis lambunt, meliorantur: ita oves Christi ex conversatione Sacerdotis meliorari debent. Ex Breviar. in fest. S. Greg. 12. Martii hom. in Evang.

Sole stante etiam steterunt stellas: ita Sacerdote stante &c. M. conc. 24. aff. 3. n. 4.

Cantipratanus narrat, quod Petrus in Concilio demon concionatori apprensus dixerit: Die Sacerdotibus, Principes tenebrarum gratias agunt Principibus Ecclesiarum, quod sua negligentia multas animas mittant in infernum. B. ferm. 47. n. 29.

Episcopi semper primario intendunt in reformationem Cleri, scientes per hanc & populum reformatum iri: sic S. Ivo, S. Franciscus Salesius, S. Antoninus, S. Norbertus, S. VVilibaldi, S. Cajetanus &c. Christus tantum rogavit pro Petro, ut non deficeret fides ejus, quia salvocapite, salvi etiam erunt subditi. M. conc. 14. aff. 2. n. 5.

Ideo Reformatio laicorum inchoanda est a reformatione sacerdotum, ait Corn. a Lap. in 12. Proph. f. 795.

Julianus Apostata omnem operam adhibuit, ut labantem idololatriam restauraret, ideo praecipit gentilibus ut mores

Chri-

Christianorum, uti caritatem, hospitalitatem emularentur, praesertim sacerdotibus ethnicis mandavit honestatem; quia mores sacerdotum trahunt populum. D. 7. 11.

l. Reg. 4.

Populus Israel bis caecatur a Philistaeis: quare Deus dereliquit illos: propter facta illorum. Sed unde constat, quod tunc fuerint scelerati? Respondet Cornelius, constat ex eo, quia Ophni & Phinees duo illorum Sacerdotes fuerunt sceleratissimi; ordinarius autem est, quod populus imitetur mores Sacerdotum. Sacerdotes imitatur populus. C. 1. Reg. 4. v. 10.

Sacerdotes comparantur cordi in corpore politico: sicut cor recipit vitam ab anima, eamque per spiritus vitales diffundit in totum corpus, ita ut in animali sit primum vivens, & ultimum moriens: ita Sacerdos, medius inter Deum & hominem, spiritualia charismata, quae a Deo recipit, transfundere debet in populum, eumque in via Dei movere, & regere. Moriente corde moritur corpus, eo vivente vivit: ita vigente Sacerdote viget populus, eo languente languet. C. in Ista. 1. vers. 6.

S. Ignatius adolescentem Lutheranum, qui nullis argumentis, ob suam obstinaciam, ad fidem converti poterat, in Collegium assumit. Et ecce! paulo post ille convertitur: interrogatus, quo motivo fuerit convictus, reposuit, se sanctitatis, pacis, amoris, & virtutum omnium exercitiis plus quam mille argumentis fuisse convictum, ab hominibus tam sanctis, rectam fidem abesse non posse. C. ad Philipp. 3. v. 17.

Sacerdos crystallus esse debet, non tantum propter puritatem, sed etiam propter fulgorem. Ibid.

161. Ad perfectionem tendere debent. Quomodo?

Sacerdos, qui pro muneris sui obligatione ad perfectionem tendere cogitat, sequens sibi regulas commendatas habebat. 1. Vocationem suam permagnam aestimet, seipsum tanquam Ministrum Ecclesie & militem Christi intueatur, cupas est pro Deo magna facere, & magna pati. 2. Sacras preces, & functiones sui muneris nunquam perfunctorie, sed magna cum diligentia, & fervore peragat. 3. Contritiones & penitentiones, quae devoto Sacerdote nunquam deerunt, imperturbato animo ferat, & in his alitque nullam consolationem, nisi in Christo patiente & crucifixo quaerat. 4. Virum prudentem

ac discretum sibi seligat, cui omnes suas tentationes, ac animi molestias pro consilio communicare possit. 5. Feliciorem illum diem aestimet, in qua aliquid adversitatis pro Christo parti ipsi contingat, praesertim si cedat ipsi ad majorem humilitationem; quia sic in virtute magis proficiet. 6. Quolibet mense cum relictione seipsum distorbat, an in virtute profecerit, aut defecerit, sique propositum concipiat emendandi emendanda, & perficiendi perficienda. 7. Peccatum etiam veniale deliberatum nunquam admittat, & quantum fieri poterit, a iudicandis aliorum moribus exteri, & intentionibus internis abstineat. 8. Viras sanctorum, qui in eodem hoc statu vixerunt, v. g. S. Francisci Salesii, S. Philippi Neri, S. Vincentii a Paulo, aut etiam eos, quos de persona novit, pro imitatione sibi ante oculos ponat. 9. Post quamlibet confessionem hebdomadariam unum aliquod vitium, quod confessus est, sibi emendandum seligat, illudque invocato Dei auxilio viribus omnibus usque ad sequentem confessionem oppugnet. 10. Similiter post confessionem annuat aut semestrem, ex peccatis committi solitis sceleratius aliquid gravius aut periculosius, quod extirpare decenter; diminutio enim peccatorum est fundamentum vitae spiritualis: quia quantum parior est anima, eo maiora charismata caelestia percipit. 11. In conversatione cum aliis modestie studeat, & id maxime curet, ut colloquia sine adificatione, & de rebus sacris, 12. Cum nemine amicitiam particularem ineat, & quamvis aequum sit, ut conversationem plerumque deorum Sacerdotum magis quam aliorum affectet, tamen etiam erga eos, qui minus tales sunt, modestie, & humaniter se gerat. 13. Familiaritatem cum altero seu tanquam pestem fugiat, & si talem conversationem necessitas, aut animarum salus exigat, strictum, & abruptum id faciat. 14. Ad indiscretum fervorem in corrigendis aliorum vitiis tam in cathedra, quam in sacro tribunali abstineat; quia plus necesse, quam proderit. 15. Superfluum Christum Dominum, & aquales, qui secum in vinea Domini laborant, tanquam Discipulos Domini amet & venerentur. 16. Omnes cogitationes, quae conscientiam erga Deum minuunt, aut tristiciam, & pusillanimitatem generant, tanquam blasphemias rejiciat, e contra illas fovet, quae spem, & letitiam in servitio Dei augent. 17. Promotiones, & altiores honores

gradus nunquam contentiose querat, sed forte sua contentus vivat, & totum se Providentiæ Dei relinquat, paratus potius in humilitate, quam in excellentia vivere.

162. Amant suum interesse, sed male.

Abominatio in templo est avaritia in homine spirituali; videntur ad aram stare pro Deo, & stant pro lucro. S. punct. 67. fol. 30. ad finem.

Pharisæi persuadebant filiis, melius esse oblationes facere Deo, quam parentes alere, ut ipsi dicerentur. In Breviar. Feria 4. Dom. 3. Quadrage.

Sicut Pastor in comedia nescit quid ovibus conveniat. ita saepe Pastores animarum nihil de ovibus curant, sed tantum de ovium lana &c. B. Ser. 54. n. 22.

Propheta quidem dixit: Si dederit mihi Balac plenam domum auri, & argenti, non potero immutare verbum Domini. At cur toties interrogat, an Deus permittat, ut vadat? scilicet merces illum allecavit. Imo cum dein asina contra mandatum Dei pergere noller, enormiter illam perussit, donec iumentum eum monuit de avara memoria, animal tuum sum &c. S. punct. 67. fol. 231.

Fecerunt sibi vitulum constabilem: ubi Gausfredus: auctor hujus idololatricæ Sacerdos fuit: caveant igitur spirituales &c. nam cauda draconis traxit tertiam partem stellarum, cauda erat aurea, & argentea &c. S. punct. 67. fol. 231. & punct. 69.

Sanctus Ambrosius laudat Sacerdotes, qui ante captivitatem Babylonicam sacrum ignem abstenderunt: Non illis studio fuit aurum abscondere, argentum de fodere, quod postea suis servarent. Coin. a Lep. l. 2. Mach. c. 1. v. 19. M. conc. 26. aff. 2. n. 9. conc. 4. aff. 1. n. 15.

S. Augustinus deplorat, jam vix queritur JESU propter JESUM.

Itaque ut spiritualis, tamen dilexit Esau propter venationem, & cibos. S. punct. 111. fol. 331.

Patientius ferimus Christi iacturam, quam nostram, ait Sanctus Bernardus. S. punct. 34. fol. 738.

163. Ab omnibus creaturis alieni sint.

Ante partum Beatissima Virgo vocatur sponsa, & uxor Josephi: post partum vero nuntiata Mater JESU. Quare: quia postquam Dei Filium in manibus habuit, fis non erat, ut alterius cuiusquam diceretur, quam JESU Christi. B. Ser. 27. n. 18. 19.

Omnis que sua sunt, querunt, non que

JESU Christi: Multi enim Sacerdotum assument, ut suis, non Christi utilitatibus invigilent: Utrum querant, que sunt JESU Christi, elucet ex duobus signis: Nempe ex sensu ingratum, & commo-
dorum studio: an injurias Christi in tantum vindicant ac suas? an commoda Christi in tantum promovent, ac sua? Dantur peccatores adulteri, scandalosi, blasphemii, & hi tolerantur, dummodo proprius honor non ledatur, atque hæc quoad injurias. Quoad commoda, permittuntur pauperuli sine pabulo Divini verbi, & tamen continuo cogitant de extollendo splendore domus &c. Segn. Manna 19. Mart.

In Hispania Darocæ Sacre Hostiæ mirabiliter in sanguineum colorem mutantur. Deliberatur, ubi sacrum Theaurum Deus asseruari velit, & corporale una cum sacris Hostiis nullo imponitur, qui recta eas in templum hospitalis Darocæ deportavit, sed sub porta mortuus occidit: noluit Deus, ut iumentum tam sancto oneri adhibitum, deinceps ad profana obsequia ferviret. Tu Sacerdos profandæ hoc sanctissimum occupas. &c. D. 10. 41. Exod. 28.

In vestimentis Sacerdotalibus præcepit Deus, ut Sacerdotes præter rationale, superhumeralis, & tunicam, etiam lineam strigam gerant: Quare: Philo respondet, quia linea non conficiantur ex mortali materia, sicut vestes laneæ. Heumen. conc. 43. 1.

Moyes ad rubum ardentem vocatus, iussus est exuere calcios: Quare? ut per hoc tanquam signo consteteret, quod pedibus suis, omnibusque terrenis decederet, & se totum ad obsequium Dei transferret; olim enim, cum quis jure suo cessit, illudque in propinquos & fratres transfudit, exuebat calcios, ut patet Ruth 4. v. 7. hinc etiam Sacerdotes Aaronici in tabernaculo nudis pedibus sua munia obibant. C. in Exod. 3. v. 4.

164. Infelices, si propter vitium & panem assument hunc statum.

Sanctus Gregorius Naz. Tanquam non virtutis exemplum, sed vitium perandi occasionem, & subsidium hunc ordinem iudicantes. Ephraim columba seducta: Quare columba? quia hæc avis pascua querit, nec curat terra. Columba Noemi statum in arcam reveria est: Quare: quia extra

extra non invenit locum, ubi requiesceret pes ejus. O infelix si hunc statum diligis, non quis placeat, sed quia servat, ait Olyvia. &c. B. Ser. 39. n. 28.

Panes in Veteri Testamento singulis Sabbatis mutabantur, & tunc veterem panem, ut durum comestabant Sacerdotes: Sacerdos Novi Testamenti duram panem edat, non commoditatem querat. B. Ser. 39. n. 29.

Turbæ sequuntur Christum propter panem: ita multi Sacerdotes tantum subsidia vite presentis querunt, ait Sanctus Gregorius. M. conc. 25. aff. 2. n. 8.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Ubi Apostolus afferre enarrat, quid temporis Apostolorum circa electionem Sacerdotum in usu fuerit; nullus sibi ipse sumpsit honorem, sed expectabant vocationem Dei. Nunc vero eheu! convolantur ad sacros Ordines, ut domus & familia ex bonis Ecclesiasticis dicitur. sic sub specie devotionis excuniculantur dispensationis ætatis, ut citius accelerentur dispensanda. Eheu! quantum est animæ periculum, cum in eligendo Sacerdotio ambitio, aut avaritia consilio adhibetur. Segneri Hom. Chr. p. 1. dif. 15. n. 3.

Diaconus honoris in Sacerdotem inaugurari solum propter divitias & vite lautitiam cupiebat. Verum selopo ad aucupium extens, eo expulso & in partes dissidente, duos digitos amisit, & sic inutilis ad Sacerdotium factus sp. sua excidit. J. 124.

165. Infelices pereunt, si pereant.

Conradus Hildesimensis Episcopus noscitur vidit Sacerdotem ad tribunal Dei citari. Iudex præcepit assessoribus, ut causam discuterent. Discusserunt illi, & reum condemnarunt, approbante sententiam Iudicis. Tunc accusatores in eum involarunt, & Castalam, Alban, cæterasque vestes Sacerdotales illi abriperunt, eum vero ad infernum deduxerunt. Conradus trillante & vigilante venit nuntius & refert, hæc nocte talem & talem repentina morte decessisse. E. Judicium. n. 6.

Ceruum est, quod peccata Sacerdotum, cæteris paribus graviora sint, quam Laicorum. 1. Propter majorem obligationem status ad servitium Dei. 2. Propter majorem cognitionem Legis, & gravitatis peccati; hinc Christus Dominus ad Pilatum: Qui me tradidit tibi (Judas, qui ait Sacerdos & Apostolus) majus pecca-

sum habet. 3. Quia peccata Sacerdotum raro sunt sine scandalo, adeoque & alios secum trahunt in ruinam. Ut nihil dicam de damno emergente, & lucro cessante Ecclesiæ, juxta illud S. Gregorii: a nemine malus præjudicium tolerat Deus (& Ecclesiæ) quam cum eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit. &c. Cum igitur graviora sint peccata Sacerdotum, graviora etiam erunt eorum supplicia.

166. Honorandi sunt, quia honore digni.

Alexander Magnus adeo honoravit, imo quodammodo adoravit Jaddum Pontificem, qui in vestibus sacerdotalibus Hierosolymam ingrediens occurrat, ut in ejus gratiam universæ Judææ, & Palæstina pepercit. C. Eccli. 7. v. 33.

Constantinus Magnus honoravit Sacerdotes & Episcopos Concilii Niceni, inter quos ipse ultimum sedem elegit, imo antea confidere non voluit, priusquam illi ab Episcopis annuus daretur.

Theodosius Imperator honoravit S. Ambrosium, illiusque justu ab aditu templi tremens recessit, ac penitentiam ob cædem Theflalonicensium sibi impostam humiliter adimplevit.

Carolus Magnus honoravit Summos Pontifices ac Sacerdotes, quorum accitu quæter Roman profectus est, ac urbem, totamque Italian Longobardorum tyrannide liberavit.

S. Ludovicus Galliarum Rex mire venerabatur Sacerdotes, illo moriens Philippum successorem monuit: Semper sis addictus S. Romanæ Ecclesiæ, & elige tibi sapientes Confessarios, qui te possint docere, quid agere, quid vitare te oporteat.

Ferdinandus II. Imperator, cui Christus & cruce promissit: Ferdinandus non te deseram, dicere solebat: si sibi eodem loco & tempore occurrerent Angelus & Sacerdos, se prius Sacerdoti, deinde primum Angelo honoris officium persolaturum. Vide C. Ila. 49. v. 23.

Benedictio Sacerdotum magnam habet efficaciam, quam olim Christiani, & nunc, etiam Reges, & Principes desideranter expectant. C. Num. 6. v. 27.

Omnis omnium temporum gentes honorantur (summo opere Sacerdotes suos). Et Concilium Aquigranense statuit: Licet Sacerdotes sint negligentes, non sunt deprecandi. &c.

Basilii Imperator aiebat: *Honor, qui Sacerdotibus deferuntur, ad Deum referuntur.* M. conc. 14. aff. 1. in fine.

Sacerdotes honorantur ab ipso Deo: Leprosos enim misit ad Sacerdotes, quos per se curare facile poterat. &c. M. conc. 14. aff. 2. n. 7.

Populi Africani, præsertim Urbis Carthaginensis incolæ, quia Sacerdotes & Monachi variis contumeliis afflicti, ita a Deo puniti sunt, ut centenis annis sub iugo Vandalorum ingemiscere debuerint, ait Salyanus. D. 2. 39. in medio.

Salyanus lib. 8. d. Previd.

S. Henricus Imperator aliquem Episcopum, nomine Meinvercum, mentæ adhibitum ita lusit habuit, ut per schedam e superioribus tabulato deciduum illi mors post quinque dies denuntiaretur. Episcopus parat se morti, omnia sua distribuit in pauperes, cum autem post quinque dies iudicatum se adverteret, sententiam Excommunicationis contra Henricum dixit: *Ecce! Imperator adeo reveritus est Præsulem, ut ciliicio indutus veniam ab illo rogavit.* D. 6. 2.

Cum Christus Dominus in stabulo Bethlemiteo nascebatur, mox adentem de nocte Angelorum miliones, qui Dominum adorant, venerunt Pastores, qui in illa Regione greges pascabant, venerunt de longe Reges ab Oriente. &c. Mirum autem, ad Simonem fenem unius suæ Matris portari voluit: cur non etiam ille Senculus ad præsepe venit? Quia erat Sacerdos, superabat dignitate Angelos, Pastores & Reges: hinc Christus adeo illum honoravit, ut maluerit eum convenire, quam ab eo conveniri.

167. In suis delictis a plebe iudicari non debent.

Christus ipsemet eiecit ementes, & vendentes: cur non hoc ministerium commisit alicui ex suis discipulis? Respondet, quia erant primates populi, Sacerdotes &c. hos culpæ & punire soli Deo competit. M. conc. 14. aff. 2. n. 8.

Christus Phariseos sæpe publice redarguit, Petrum vero negantem oculis solis corrigit, quia Prælatus erat, ejus honorari parcendum. M. conc. 14. aff. 2. n. 9. Aaron uti murmurator non punitur lepra sicut ejus foror. Cur? quia Prælatus erat, ne perderet respectum apud populum. M. conc. 14. aff. 2. n. 10.

In cubiculo Patris Bonaventuræ Tolomei, ex Ordine S. Dominici, insignis concionatoris, ingressus est demon sub

impudicæ mulieris schemate, id videntes duo seculares statim rem ad Priorem Monasterii deserunt: sed una cum hoc Tolomeum in oratione inveniunt. Delatores isti dein ex cenobio exeuntes terribiliter vapularunt a demonibus. O si omnes vapularent a damone, qui ex levioribus longe causis Sacerdotes perfringunt, quot plagæ cernerentur. R. cent. 2. p. 2. mir. 44.

Christus ipse eiecit ementes & vendentes in templo, ut indicaret, quod seculares in forum Ecclesiasticum se ingerere non debeant. Paoletti Fer. 2. post Dom. 4. Quadrag.

168. Constituti sunt, ut corrigant mores populi.

Singulis tribubus singuli districtus assignati sunt, sacerdotibus nullus. Hi mixti vivunt inter omnes tribus, ut nullibi desint monitores, & magistri. M. conc. 21. aff. 3. n. 3.

S. Gregorius ait: *Decet Dominicum Pastorem & Sacerdotem moribus & vita clarescere, ... ut plebs sibi commissa & eligere quod sequatur, & videre possit, quod corrigat.* C. Lev. 8. v. 20.

Sacerdotes comparantur apibus 1. quia de divinarum Scripturarum flosculis suavia mella conficiunt, ad medicinam animarum. 2. Quia castitatem præferunt, cibum vitæ caelestis exhibent, & aculeum legis exercent. 3. Quia Matris Ecclesiæ gratiam tanquam in alveari continent, eamque sacris prædicationibus fideli populo applicant. C. in Malach. 2. v. 7.

Pastores inter alia id cura habent, ut signandis & sanandis ovibus petram salis proponant, hanc cum avide lambunt observant, a scabie aliisque morbis præservantur, & sanantur. Talis petra salis debet esse Sacerdos, ita, ut animæ illius fidei contredita, quoties illam vel aspiciunt, vel audiunt, vel illi colloquantur, aut conversantur, semper meliores recedant.

169. Imhonorari non debet.

Mulier nobilis Sacerdotem, quia cum Missa se non expectaverat, colophæ cadit, & dein infantem parit manu dextera captam. J. 1.

Petulus juvenis Ancone Religiosis quibusdam singulis noctibus hederam, tanquam signum pontis, ad portam appendere solebat. Utur autem dives fuerit, adeo depauperatus est, ut ad eandem Re-

ligiosorum portam quotidie panem mendicare debuerit. J. 81.

Adolecentibus impuris pater subtraxit pecunias. Id illi cuidam Sacerdoti impunitas eum in Festo S. Stephani occiderunt. Quid factum? supra annum eodem Festo illi omnes interfecti sunt. J. 149.

Christus Dominus in Discipulis euntes in Emmaus auster invehctus est: *O fulti & tardi corde ad credendum!* Econtra incredulum Thomam benigne advocavit, jubens, ut tactu exploraret, quod corde credere nollet. Cur non æque in eum invehctus est illis verbis: *O fulte & tarde corde!* Quia fuit Sacerdos! Sacerdotes tam acerbis verbis perfringit non debent.

Magni Principes, Reges & Imperatores genuflexi venerati sunt Sacerdotes, eorum pedes osculati benedictionem rogantur, itaque suam felicitatem & victoriam in acceptis retulerunt, uti Clotharius, Arcadius, Justinus, Carolus Magnus & alii. Quid non faciant homines plebei? &c. C. Ita. 49. v. 23.

170. Scientia debent pollere.

Moyseis primum altera vice, dum a Deo rediit, splendorem e facie emisit: cur non prima statim vice? Respondet S. Augustinus: quia primum altera vice Israelis Prælatus factus est: ita Sacerdos luceat scientia, quia alios instruere debet. M. conc. 14. aff. 2. n. 1. & seq.

Malach. 2. *Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirunt ex ore eius.* Sacerdotis est legem cognoscere & eam docere, juxta

Tit. 1. *effatum Apostoli, ut sit potens in doctrina sana exhortari, & contradicentes convincere;* quapropter S. Ambrosius Biblia vocat librum Sacerdotalem, quasi Sacerdotibus proprium, & assidue legendum. Sicut stomachus accipiens cibum coquit: ita Sacerdotes accipiunt scientiam sermonis ex S. Scriptura, eamque excoquant, & populo subministrant. S. Ambrosius Sacerdotes comparat apibus, quæ ex succis florum mel conficiunt: ita, inquit, Sacerdotes ex Scripturarum flosculis medicinam animarum conficiere, & applicare debent. C. in Malach. 2. v. 7.

Caveat Sacerdos de illi scientia, quæ pure servit ad jocos & nugas, ait enim S. Bernardus: *Nuge inter seculares sunt nuga, in ore Sacerdotis blasphemie. ... Fugite ad calcibinus moeroris, fectus moeroris.* Quomodo scientia Sacerdotis constituta esse debeat, describit S. Chrysostomus:

Meminerit, ut ovibus pascuas salubres tribuat, agnis puri fontis undas exhibeat, exterminet ab ovibus lupos, vulneratos curet, errantes revocet, ignaros instruat, lapsos erigat, & universos sue vitæ provocet exemplis. C. in Malach. 2. v. 7.

171. Non sint avaritiæ dediti.

Giezi ab Eliseo male dicitur, quia a Principe Naaman pecuniam accepit, & tamen hanc pecuniam tantum accepit, ut vineas, & olivæ Eliseo emeret. M. conc. 14. aff. 3. n. 1.

Zacharias aureum tempus prædicit, quo non erit mercator in domo Domini: ubi Ribera: Mercator in domo Domini est, qui opera Dei non Dei causa facit, sed lucri, & honoris. Continuo in Festo S. Benedicti conf. 1. n. 2.

Cur Christus Dominus Sacerdotii potestatem contulit Apostolis per aeris insufflationem? cur non per signum alterius elementi, terra, ignis, aut aquæ? Resp. Omnia alia elementa debent avaritiæ hominum servire: terra fundi, & fructus venduntur pecunia: aqua in mari fert navigia mercatorum, & in lacubus & stagnis tributa solvit Dominis: ignis sine expensis in ligna & fomites haberi non potest: solus aer a dominio hominum alienus, & cuilibet absque censu liber est; igitur Christus per signum sui insufflationem aeris dedit Sacerdotibus supremam potestatem, ut indicaret, illos ab avaritiæ debere esse immunes.

Neapoli Sacerdos multa aureorum millia corrasit, supellestem enim pretiosissimam sibi comparavit. Cum vero testamentum condere moratur, repente extinguitur. Amici involant in eius bona, itaque expoliant, ut illi ad sepulchrum nil nisi habitus Capuccini supererit. I. 77.

Ven. Avila in Hispania Sacerdos apertius Evangelium legit: *Querite primum regnum Dei;* & cetera adiciuntur verbis, assensit se eam sententiam inmensa subdidisse, & nunquam necessariis caruisset? Mercatori opulento si fidem tribuo, cur non Deo? T. n. 57.

Deus non permittit Sacerdotibus veteris Legis, ut bona immobilia, prædia, agros & similia possiderent, inquit: *Ego pars & hereditas tua.* Cur autem hoc non permittit? 1. Ne ex agrorum & vinearum cultura laboribus implicentur, quo

Zach. 19. Ribera lit.

S. Bern. nuga, in ore Sacerdotis blasphemie. ... Fugite ad calcibinus moeroris, fectus moeroris.

Quomodo scientia Sacerdotis constituta esse debeat, describit S. Chrysostomus:

mi-

minus Deo, & suis ministeriis vacare possunt. 2. Ut cum magna veneratione suscipiantur a ceteris tribus tanquam alieni a terrenis, & vicissim Sacerdotes in eorum saluam magis incumbunt. 3. Ut Deus suos Ministros populo daret speciem vite celestis, dum illi non terrent, sed celo inhiant, illic illis pro sustentatione assignavit primitias, decimas &c. C. Num. 18. v. 19.

Apostoli paupertatem voverunt, id quod affirmat, & confirmat Angelicus Doctor verbis illis: *Apostoli intelliguntur vovisse pertinentiam ad perfectionis statum, quando Christum reliquit omnibusque secuti.* C. in Act. Apol. c. 5. v. 2.

Vz Clerici & Sacerdotibus adeo avaris, ut etiam beneficia beneficiis, aut pensionibus cumulata acceptare non reformident: Insuper & iniquitas hæc grandis est 1. In Deum & Christum, cuius patrimonium ministrantibus deputatum, in non ministrantes transferunt. 2. In Ecclesiam, quamque particularem, quæ suis proventus spoliat, ac proinde doctos & insignes pastores, ac ministros nasci nequit, sed pauperes, misellos, ac invidiosos, qui quovis stipendio contenti sunt, ut vivant. 3. In populum & fideles, qui ab his misellis erudiri nequeunt. 4. In ipsos fundatores, quorum intentionem evertunt. 5. in Canones omnes antiquos, qui has pensiones duplicatas vetant, & damnant. 6. In Ecclesiam universalem, cui ingens datur scandalum, & quæ ab hæreticis irridetur propter has avaricie nominationes in Viris Ecclesiasticis. 7. In Episcopos, & Sanctos, quorum exempla & sanctiones violantur. Certe S. Augustinus hæc lucra in nemine suorum admisit, qui in Episcopatu non divitiis, sed animas quaerit, & opes non corrumpit, sed in pauperes erogavit. D. in Ezech. 34. v. 3.

172. *Quæ notæ veri ac boni Sacerdotis.*

Hugo a sancto Caro ait: In corde caritas, in ore veritas, in manibus largitas esse debet. M. conc. 14. ass. 3. n. 5.

Naper ovis causa liberum profanum quidem, sed non ineredum aperui, incidique in paragrahum, ubi auctor dicitur, quamam sint dotes generosi, & ad venandum apti canis, dicitur illam esse, qui est corvus, magnus, lata fronte, nigris oculis & flammis, auribus tenuibus & longis, collo prælongo, pectore carnosio, villo tenui ac denso, colore carnoso sed mixto. His lectis substiti, ac

gemebundus cogitavi: O quam accuratè magni Domini indagant in qualitates boni canis, quam boni Sacerdotis: nisi canis dotes prædictas habeat, non amatur: sed si studiosus male moratus & iudis recommendatur, sine omni merito ad sacerdotium statim ordinatur, qui tamen ad venandas animas ineptior est, quam ad venandas feras canis prædictis qualitatibus destitutus. VV. art. disc. font. 49. ex. 1.

In Ezechiel, prout notat Lyranus, describitur Sacerdotum genus, habitus, modus, vitus & alii. Circa 1. dicitur, quod sine filii Sadoc, qui interpretatur *Iustus*. Circa 2. dicitur, quod habeant vestes lineas, per quas designatur mentis & corporis puritas. Quoad 3. denotatur tonsura Clericalis. Quoad 4. insinuat, quod Sacerdotes non debeant de rapina aut alio illicito vivere, & quod vinum non bibant ingressuri in templum. Quoad 5. dicitur, ut doceant populum, & faciant Dei officium &c. C. Ezech. 44. v. 31. in fine.

173. *Non adhaerent carni & sanguini.*

Petri focus tenebatur magnis febris, & tamen Petrus non adduxit Christum, ut eam sanaret. M. conc. 25. ass. 2. n. 10. & seq.

Scripturæ interpretes disceptant, cur de Sacerdote Melchisedech facer textus non faciat mentionem, quibus parentibus genitus sit? Verum optima ratio dandi posset, quia Sacerdos erat, quem oportet ab omni carne & sanguine alienum esse. D. 4. 2.

Sacerdos affectum suum a parentibus, & secularibus abstractum habere debet. Paoletti Fer. 3. post Dom. 2. Quadr. Christus Dominus primas fides negavit filiis Zebedæi, quia erant ejus cognati, ne videretur nimium carni & sanguini aliquid concessisse. Paoletti Fer. 4. post Dom. 2. Quadr.

S. Pastor Abbas adeo a carne & sanguine alienus fuit, ut etiam pro fororis filio in carcerato apud Iudicem intercedere noluerit. E. tit. *Affectus* n. 1.

Abbas Joannes a forore rogatus ut ad se veniret, & sui videndi sibi copiam faceret, tandem venit, sed nec verbum locutus, nec a forore agnitus reversus est ad Monasterium, & per litteras significavit forori suum dolui. E. tit. *Affectus* n. 3.

Sacerdoti primario seu Pontifici non licet etiam fœneri Paris interesse, quæ lege voluit Deus advocare animos Sacerdotum ab affectu humano. Quid iam faciat

cliant Sacerdotes novæ Legis, ut curas animi a terrenis ad caelestia transferant? tales fuerunt S. Petrus, S. Paulus, S. Cyprianus, S. Hilarius, S. Gregorius, S. Hieronymus, Climacus & alii. C. Ezech. 44. v. 25.

174. *Sint sobrietati deliti.*

Sacerdotes Aegypti carne, vino, ovibus abstinent, ut purius, & intentius Divinis vacarent, ardoremque libidinis restringerent. C. Gen. fol. 129. col. 1. in fine.

S. Hieronymus ait: An non confusio, & ignominia est pauperem, & famelicum Christum pleno ventre prædicare, ac rubente præ luxu abundantia vultu populo jejuni legem proponere? Si Apostolorum successores sumus, prout sumus, non tantum illorum dicta, sed & facta nos amuluri oportet &c. D. 7. 76.

Avicula videntes pavonem admirata sunt, cum autem viderunt illum ad vasculum seu escam advolare, illum desperaverunt. Sic Vir Ecclesiasticus conviviis inhians despicitur. T. n. 360.

Nadab & Abiu afferentes alienum ignem morte puniti sunt. Cur autem tantum crimen committere sunt ausi? Credibile est, quod fuerint temulenti; hinc paulo post eodem capite Deus præcepit Aaroni: *Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filii tui, quando intratis in testimonium tabernaculi.* C. Levit. 10. v. 9.

Sacerdotes in Evangelio vocantur *Sal terræ*: Sal, si madefactum fuerit, diffuit, dissiparet, & ad nihil amplius utile est. Ita Sacerdos si crapulis & ebrietatibus immedescat, in officio suo, præsertim in cura animarum, & verbo Dei proponendo inutilis fit, diffuit, & nullam amplius habet efficaciam.

Ebrietas in laico crimem est, in Sacerdote sacrilegium, quia vino Spiritum sanctitatis extinguunt, effatum est Sancti Patris, in Flor. Doct. V. Ebrietas n. 22.

175. *Non ditent familias ex redditibus Ecclesiasticis.*

Confangueini insaturabiles sunt, contentum benefacta, quæ non exaquant eorum avaritiam; Sanctus Engelbertus a confangueinis interficitur, eo quod ditare illos noluerit. A. 1. lect. 2. n. 9.

Adrianus IV. Pontifex pauperculus parvulus, renitibus natus, cum summæ dignitatis apicem tenuit, nec obolum quidem ero-

gavit in suos propinquos, adeo, ut nec ipsi Matri aliquid voluerit impendisse, quam alendam reliquit elemosynis Cantuariensis Ecclesie. D. 1. 12.

Cantipratanus narrat de quibusdam Clericis, qui proventus Ecclesiasticos male impendebant, gravissime esse punitos: unus eorum ex equo decubans cervicem fregit, alter in sella recubans inventus est mortuus, tertius in choro repentina morte obiit, quartus desperabunda necesse sine Sacramento decedens extra comæterium sepultus est. D. 7. 32.

In beneficiis conferendis saepe dignioribus præferuntur amici; hinc ille Sacerdos. Cum factor rerum privavit femine Clerum: Ad Satanæ votum successit turba nepotum. E. Verbo *Beneficium* n. 7.

Familia opulentissima ex redditibus Ecclesiasticis immensum ditata, intra paucos annos ad inopiam, non sine ludibrio omnium rediit. J. 98.

Divitiarum proprie Beneficialium Clerici absoluti Domini non sunt, ideo etiam Dominium in familiars transferre non possunt; quid ergo miram, quod hæc divitiæ in manibus Laicorum non prosperentur? Accedit, quod Laici per affluxum hujusmodi divitiarum, in vite Christianæ moribus deteriorentur; cum enim a cognatis Clericis identidem liberalibus subsidiis faginatur, a laboribus manuum retrahere, otio diffuere, & bonos sibi diem in luxu, & luxuria procurare incipiunt.

176. *Non emendant plebem, si ipsi vitiosi sint.*

Cain a Deo punitus fuit: cur non ab Adamo? quia ipsemet sceleralus, & humani generis occisor erat. M. conc. 21. ass. 3. n. 5. & seq.

Belluacensis narrat, quod Episcopi quidam se itineri accinxerint, ut hæreticis Albigensibus prædicando eosdem ab erroribus suis revocarent. Adibant vero illos in fastu, & pompa eorum, & comitatum. Unde hæretici scandalizati dicebant: Ecce quomodo isti prædicant nobis Christum, equites peditem, divites pauperem, pompæ humilem? supervenit itaque S. Dominicus, qui omnia ab Episcopis, & Abbatibus data scandala restauravit, dum ad illos discalestrus, pauper, humilis, & cillio vestitus venit. Loh. v. Scandalum §. 4. n. 12.

Corvi videntes, se ab hominibus & avibus ob raucitatem clamoris ludibrio &

S. Hier. in cap. 3. Mich. 4.

170. 12. 29.

Belluac. 4. 8.

Baron. Tom. 12. 4. v. ind. ad an. 1159.

vilipendendi haberi, consilio invito decreverunt habere curam, ut deinceps pulli recenser nati ad musicam, seu vocem saltem meliorem erudiantur. Constituerunt ergo philomelam instructionis magistram. Adhuc ista, & crispata voce juvenibus corvis amantissimam stropham praelitit. Verum rudissimi strolones imitaturi cantilemam in absurdum cras! cras! eruperunt. Indignatus Pater corvus auferre, & etiam cum minis adhortatus est filios, ut discerent, quæ docerentur. Verum illi repeterunt, cras! cras! addideruntque; Pater, fac, ut præceas! Sic fit cum Sacerdote, & subditis animabus! clamat ille, hortaturque ut sanctæ sint, & virtuti studeant! Verum si ille vitiosus sit, nihil efficit! respondet illa: Pater fac ut præceas! & repetunt antiquum cras! cras! &c.

177. Infelicissimi sunt, si impuri.

Deus non æternis solum, sed & temporalibus penis animadvertit in impuros Sacerdotes. Anno 1656. in Italia Brixie (Brescia) patibulario fune suffocatus est aliquis nomine *Farina*, falsus suum patrem fuisse filium naturalem illius Hieronymi Farina, qui in S. Carolum Borromeum sub officio Divino scolopetum expulso, omnes eius nepotes fuisse acarnificæ confectos, se in plurimis periculis mirabiliter evasisse, non alium sine dubio in finem, nisi ut carnifici reservaretur. Dein S. Carolum rogavit injuriarum veniam loco totius suæ familiæ, & gratias habuit pro occasione penitentia. Jos. a Busm. in Fests. S. Caroli Borr.

Quamvis Sacerdos aliis vitiis deditus sit, potest nihilominus aliquas functiones Sacerdotales utiliter utcumque agere, verum si impurus sit, ineptus proflus est, ut ad animarum curam, ac salutem aliquid conferat, verificaturque illud Chrysolomi: *Qui talibus vacat, ad præsentem vitam inutilis fit, & ad nihil accommodat.* Veltales Virgines, si de impudicitia crimine convincerentur, flagris primo cedebantur, dein rapiebantur ad scrobem, maledicebantur a sacrificiali, & vivæ sepeliebantur, totusque populus lugebat, negotia publica suspendebantur. &c. D. 8. 43.

Monachi Abissini, in regno Presbyteri Joannis, in suis Monasteriis non tantum mulieres, sed etiam animalia seminei sexus excludunt. VV. art. disc. font. 40. ex. 6.

Spectabilis Vir Reparatus in morte subito revixit, & narravit, se vidisse ro-

gum ardentissimum Tyburtio, luxurioso Sacerdoti paratum. Mutitur confessio nunciatus ad ades Tyburtii, & inventus est ea hora exspirasse. E. *Luxuria* n. 1.

Plus placet Deo latratus canum, mugitus boum, grunntus porcorum, quam cantus Clericorum luxuriantium. C. Lev. 1. v. 17. ad fin.

178. Caveant a pluralitate beneficiorum.

Philippus Cancellarius Parisiensis post mortem apparuit, & sese damnatum esse lamentatur, quia contra opinionem aliorum, plura beneficia tenuit, quod ipsi expresse ab Episcopo diffusum fuit. E. Verbo *Beneficium* n. 1. 2. T. n. 100.

Pluralitatem beneficiorum Cardinalis Robertus morituriens letaliter peccaminosam esse affirmavit. Et præter torrentium Doctorum ipse Pontifex Greg. IX. id confirmavit, addens: se neque auctoritate Pontificia audere dispensare. E. Verbo *Beneficium* n. 3.

Plura beneficia retinentes plerumque mala morte moriuntur. lb. n. 4.

Cum amicus B. Mariæ de Ognies beneficatus, alterum beneficium reciperet, vidit Sancta in extasi, hominem candidum nigro pallio indui: terribus hæc visione audita amicus alterum beneficium cito dimisit. lb. n. 5.

Eger Sacerdos vocat Thomam Cantipratatum rogans, ut sibi moribundo assisteret. Thomas suadet præ omnibus, ut unum e beneficiis rejiceret. Id dum ille renuit, & moritur, post mortem apparuit Religioso ex Ordine S. Domini, & propter pluralitatem Beneficiorum se damnatum asseruit. T. 101.

Etiam milites crucifixoque miserum sortem super vestimenta Christi, non ausi, ut unus duas partes accipiat. Multo magis Clericus sorte sua contentus vivat, & a pluribus partibus seu beneficiis caveat, memor quod coram, & de Crucifixo sua sorte utatur. Costerus de Pass. Dom. Med. 36. fol. 201.

In cæteris vitiis Clerici possunt utcumque obtendere excusationem: Delicatus in esu & potu potest dicere, scio hoc pro conservanda valetudine: Bibulus potest dicere, scio hoc ad dispellendas melancholias nebulas, Evanus in vestibus potest dicere, scio hoc ad distinguendam meam nascentem conditionem ab homine triviali. Et sic de cæteris. Sed quam rationem seu naturalem, seu su-

per-

pernaturalem obmovere potest duplex, aut triplex Beneficiatus: Nullam, nisi ambitionem aut avaritiam! Adeoque præ cæteris sunt in periculo damnationis! Nobilissimus quidam Canonicus Cathedralis venit ad Virum pietate, & scientia insignem, suum olim in juventute Magistrum, consulens, dicensque: Jam de facto gaudeo duplici Canonicatu satis pingui, sed occasio mihi offert tertium, quid faciam? An consultum est, ut hunc accipem? Reposuit Vir Religiosissimus: Omnino, mi Domine Comes, consultum est, ut accipetis, & tertium; sic enim egregie ludum facere potestis diabolum; nam cum ad mortem venerit, putabit ille se tres habiturum Canonicos, & tantum inveniet unum! Pro! falsa, & tristis responsio! &c. Videatur hæc de re Cantipratans, Dionysius Carthusianus, & Sancti Patres antiquiores, qui secundum Ecclesiæ Canones de pluralitate Beneficiorum profusè terribiliter loquuntur &c.

Per hæc pluralitatem Beneficiorum fit præjudicium Deo, Christo, Ecclesiæ, Fundatoribus, Populo, Sacris Canonibus, & salutis animarum. C. in Ezech. 34. v. 3.

179. Sint zelatores contra peccata.

S. Hieronymus adhortans Sacerdotes
S. Hier. l. 1. adv. aut: *Christus in oculis nostris crucifigitur, & vos adhuc gladium in vagina habetis!*
Ep. C. B. Serin. 34. n. 20.

Sacerdotes comparantur sali; sicut enim oves ex sale meliorantur, ita oves Christi &c. *Sal non sumus, si corda audientium non condimus.* In Fests. S. Greg. 12. Martii hom. in Evang.

Exid. 37. *Siquis est Domini, iungatur mihi Levi; & congregatique sunt ad eum omnes filii Levi.* Levi erat tribus sacerdotum hominum: ubi Ambrosius: Sanctioribus cæteris ad hoc minus eliguntur, quorum portio Deus est &c. S. punct. 108. fol. 316.

Sacerdotum est deslere peccata populi, ita olim pii Sacerdotes hæbant lacrymis in Sacrificio. Hæc de causa sudario utebantur, quod hodie idem est ac Manipulum. Beda vocat hoc sudarium Mappulam, seu Amapham, sic dictam a mundando sudore seu humore, hinc videtur, in locum hujus Mappule, deficiente devotione, & lacrymis successisse Manipulum, hinc Sacerdos illum inducens dicit: *Mereat Domine portare Manipulum ferus & doloris, ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.* Sic Sacerdoti jugiter deflenda sunt peccata populi. C. in Joel 2. v. 17.

D. Claus Spicli, univers. Paris.

Fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio. Zelus gloria Divinae quoad duritiam inferno comparatur. 1. Sicut demones incredibilibus habent rabiem rapiendi animas: ita oportet habere zelum tantum non offendit Dominum, sed neque permittit, ut ab aliis offendatur. *Vidi prævaricantes in tabernaculo.* 2. Sicut demones propter animas tolerant omnia incommoda, seculum pro medicinalino, pro ejus, pro cane, pro jumento ad olera ferenda; ita non debes abhorreere a servitio quantumvis laborioso, aut abjecto, modo feriat ad horum unius animæ. 3. Sicut demones sciunt pro omni animæ perente augeri suum supplicium, & tamen id non curant: ita paratos sit etiam tuam gloriam postponere alienæ salutis. Sic S. Paulus cepit anathema esse pro fratribus, sic Sancta Catharina Senensis desideravit suo corpore obtere fauces inferni, ut nulla incipiens anima ex penetraret &c. Segn. Manna 29. April. n. 1. & seq.

Vel maxime, mi Sacerdos, obstringere Deo, ut pro mille beneficiis illi vices rependas. Hoc jus autem, quod Deus erga te habet, cessit animabus, quæ cum adiutorem non habent, ad interitum proferant. Perpende ergo, quis sit ille, quem a te recuperari oportet? nempe propter. Perpende, et ejus manibus recuperandus sit? nempe et manibus diaboli. Et ut recuperandos? nempe Christo. &c. Segn. Manna 2. Julii.

180. Tenentis avertere calamitatem populi.

Sanctus Bernardus ait: *Venient ante tribunal Christi, audietur popularum querela, accusatio dura, quorum vivere sperandis, nec diluere peccata.* Et Joannes Avila ait: *Cum aliquando quaerit erit de torbellis, fame, pestilentia, merito nonnullos possentibus fuisse Sacerdotes: quia suis precibus tenentur avertere mala populi.* Cum in obsessa urbe Samaria extrema fames grassaretur, Rex Joram interducat esse Eliseo, quia debuit oratione sua malum avertere. B. Serin. 38. n. 19. 20. 21.

Si lucerna in tabernaculo extinguebatur, bella, pestes, & omnia mala erant timenda: ita si lucerna Sacerdos extinguitur. M. conc. 14. n. 1.

Dum rebellante Core, Dathan & Abidon Deus fere quinquedecim millia ex populo,

Xum. c. 16. 17.

igae

igne consumpsit, Aaron intercessor Deum placavit. Postquam Aaron factus est Sacerdos, quarente populo: Num usque ad interuentionem cuius dolendi sumus? Respondit Dominus c. seq. ut Aaronem tanquam Pontificem a se designatum, deprecatorum adhibeant. C. Num. 17. in fine.

Unde famas, bella, pestes, & arumno- sa tempora, nisi ex peccato? Deus vult extirpare ingratos peccatores! testis est tota Scriptura! Necessè est igitur, ut e contrario sint Sancti, & innocentes Dei famuli, qui velut Moyses in monte, mitigent Dei iracundiam, aut sint instar illorum decem, quorum meritis Patriarcha Abraham voluit auertere incendium Sodome. Et quinam sunt illi? certe debent esse Sacerdotes, ut mediatores inter Deum & hominem &c.

STATUS RELIGIOSUS.

181. Habes plures, & graviores obligationes pro reliquis.

S. Bern. ser. 55. in Cant. **S**crutabor Jerusalem in lucernis: ubi Bernardus: Puto hoc loco Prophetam Jerusalem nomine designasse eos, qui in hoc seculo vitam ducunt Religiosam. Præsertim in Divino iudicio Religiosus interrogabitur: quomodo intrasti? quomodo vixisti? quomodo rexisti? &c. B. Ser. 27. §. 4.

Quamvis autem de Religiosis intelligendum sit illud: Cui plus datum est, plus requiretur ab illo, revera etiam magis respondet Deo, quam sæculares. Quis fuit ille servus in Evangelio, qui nihil negotiatus spem Domini sefellit? an ille, qui multa talenta accepit? Nequaquam, sed qui unum solum accepit. Segn. Manna 31. Mart. n. 3. in fine.

Status Religiosus fuit præfiguratus per Statum Nazarorum. Nam 1. vivunt separati a communi hominum vita. 2. A vino & deliciis abstinere debent. 3. Etiam ab vis & acinis, ne per neglectum minorum ad majora peccata procedant. 4. Carnales affectus erga parentes, & consanguineos debent truncare. 5. Ab omni peccato remotissimus esse debet. &c. C. Num. 6. v. 9.

Cui plus datum est, plus requiretur ab eo: famulus, qui unum talentum accepit, satisfecisset Domino, si unum talentum lucratus fuisset. Econtra qui quinque talenta accepit, quinque alia debuit lucrari.

182. Est status virtute perfectissimus.

Virtus seu perfectio Christiana in duobus principiis primario consistit: Declina a malo, & fac bonum. Ad utrumque Status Religiosus principaliter conducit. 1. Quia status est penitentis; & sanctæ auferentis: occasio accurate serviendi Deo, & sanctissimam eius voluntatem cum profundissima humilitate, & abundantia videri Hieron. Plat. de Bono Relig. lib. 1. c. 14. 15. 16. & seq. 2. Est Status securissimus, & opportunissimus declinandi a malo; unde enim in vita seculari a malo; unde enim in vita seculari tot ac tanta oriuntur peccata? Nempe oriuntur a triplici hoste, mundo, carne, ac demone. Verum in Vita Religiosa præcitantur occasiones, & commercia cum mundo, per votum paupertatis, solitudinem, contemptum bonorum temporalium.

Hieron. Plat. l. 1. c. 6. 7. 8. & seq. Per votum castitatis coercentur tentationes carnis. Ibid. c. 10. Per votum obedientiæ præcluduntur insidie dæmonis. Ibid. c. 11. & seq.

Status Religiosus præ omnibus aliis abundat efficacissimis remediis ad virtutem. Talia remedia sunt gratiarum celestium abundantia, correctiones Superiorum, exempla fratrum, mutue exhortationes, communio meritorum, & alia. Hieron. Plat. l. 1. c. 21. 22. 23. & seq.

Quid felicitas in Religione, quam amor fraternus, quo Dei & hominum gratia conciliatur. C. Amos 1. v. 11.

183. Est via in caelum tutissima.

Religiosus quasi in navi ducitur in caelum, ait S. Franciscus Salesius. Tres pueri in fornace illesi fuerunt. Quare? primo ait Sanctus Fulgentius propter mortificationem, qua non manducaverunt cibos regios: Nunquam vincerent flammam, si vellet amare delicias. Secundo: quia ligati fuerunt; Ita quoque Religiosi ligati sunt, eo tutiores sunt a flammis mundi. B. Ser. 39. n. 45.

Ducam te per semitas equitatis... non ambulabunt gressus tui. Præcepta Dei sunt via, consilia sunt semitæ, passus sunt affectus animæ. Hæ semitæ sunt sine offendiculo, sunt minus tritæ, sunt compendiosa viarum, quibus iter brevissimum instituitur in caelum &c. Segn. Man. 31. Mart.

Per scalam Jacob ascenderunt Angeli: hæc scala est ordo Religiosus, gradus sunt

Re-

Regula & disciplina virtutum. Sic ascendit S. Benedictus, & S. Romualdus suos Monachos ascendere vidit. C. Gen. c. 28. v. 12. fol. 229. col. 1.

S. Magdalena de Pazzi sæpe muros Monasterii sua est excofulari, inquit: hanc gratitudinem lapidibus his debere, quia se separant, a maligno mundo. T. n. 133. Monachus factus Episcopus duplicat mortificationis opera propter plura pericula. T. n. 169.

Status Religiosus arx, seu castrum est Ecclesiæ: quia munitus est legibus, orationibus & exemplis. 2. Quia tanquam arx excelsa celo proxima est. 3. Quia est Status seu specula, dum caelestia speculatur, & terrena despicit. C. Prov. 9. v. 3.

184. Si assumatur citra vocationem Dei, multa mala post se trahit.

Gen. 15. Patriarcha Loth, ut e flammis Sodome eriperetur, iussus est a Deo confugere in urbem Segor. Sed Loth in montem ascendit, & ibi vino inebriatus filias suas geminas incestuose cognovit, ex quo incestu nati sunt Moab, & Ammon. Loth erat in urbe castus, cur in monte impudicus? Hugo Cardinalis ait: Montem ascendit proprio usus consilio. Et S. Bernardus: Urinam, qui continere non valent, contraherent: esset eis procul dubio melius, in humili gradu fidelis populi salvari, quam in Dei sublimitate deterius vivere, & districius iudicari. B. Ser. 39. n. 46.

Cand. illud. 10. ibid. B. Ser. 40. Cant. 180. v. 161. Berchorius ait: Sunt multi, qui de valle ad montem, de mundo ad Religionem ascendunt, qui tamen videm inebriati, & luxurie vacantes deteriores sunt. B. Ser. lb. Sicut si quis librum in publicam lucem ederet, plenum impudicis, ac veneris nugis, & tamen ei titulum præfigeret: Opera Sancti Augustini, impudens facinus patiret: ita qui vestem gerit Sancti iustissimam Fundatoris, mores autem discolos habet. B. Ser. 39. n. 47.

Si assumatur ex coactione, aut motivo vano, heu! quanta mala, ait Marchantius: Exinde in Religione, & claustris tot insidias, tot scandala, tot apostasias, quæ plures arripunt non a Deo vocati, sed a parentibus intrusi. B. Ser. 35. §. 7.

March. Cant. 10. v. 161. v. 162. Aquila inter illa quatuor animalia vocabatur alior, quam bos, & leo; quæ et materia aptior est ad volatum. Sic qui cum similitudine nature & vocatione accedunt ad Statum Religiosum, in altum volant: ceteri in terram procumbunt.

B. Ser. 35. num. 33. Et Ser. 39. num. 46. 47.

185. Perfectior est ille, qui simul altiorum & contemplativarum vitam proficitur.

S. Thomas ait: Sicut majus est illuminare, quam lucere solum, ita majus est contemplari aliis tradere, quam solum contemplari. Dum Elias in eremum fecerit, Deus ipsi exprobravit: Quid agis? quasi diceret, non modo est tempus perfectæ quietis. Deus in Veteri Testamento ex avibus non tantum turturem, sed etiam columbam elegit: turtur solitaria, columba sociabilis est. Christus per 40. dies distulit ascensionem in caelum, ut discipulis erudiret. Continuo in Sanctoralibus S. Benedicti. §. 2. n. 1. 2. 3. &c.

S. Franciscus gratius censuit esse Deo, si interdum orissa quies foras procedatur ad prædicandum. C. Gen. fol. 737. col. 1. Item Gen. fol. 234. col. 1. Lix erat deformis, sed tamen secunda, peperit enim septem filios; Rachel quidem pulchrior, sed sterilis. C. Gen. 29. v. 28. Religiosi comparantur dentibus; quia sunt candidi fide puri, fortes, ordinati. Est simul etiam stomacho cibum præparant. C. in Cant. 4. v. 2.

Inter aviculas singularem laudem meretur alauda; dum invento tritici granulo se pacit, in altum fe supra nubila tollit canillando laudans Deum. Sed iterum in terram fe demittit, ut cantu, & pastu hominem oblectet. Sic Religiosi pfallendo laudant Deum, sed iterum ad hominem revertuntur, ut & illi profint. C. in Matth. 6. v. 26.

186. Comparatur Martyrio propter mortificationem.

Propter te mortificamur tota die. Ubi Chrysolomus: quonia homines sumus, atque adeo non datur innumeras subire, mortes, præstitit tamen hoc Deus, ut voluntati si placuerit, quotidie morem pati liceat... tot veluti coyonas nobis paravimus, quot huius mortificationis dies vivimus. S. punct. 112. fol. 340. ad finem. Hieron. Plat. l. 2. c. 12.

S. Bernardus latroneum, qui ad suspendium rapiebatur, a morte liberat, dicens, quod illum non momentaneo supplicio, sed lenta & longe acerbiora morte condicere velit. Sic cum duxi scum in Monasterium, ubi Constantinus vocatus, & per

T 2